PARTE PRIMA.

# IL TUCHINAGGIO

(1386-1387)

## 1. — Provvedimenti.

(*Castellania di Rivoli*, Rot. 74).

Libravit Quoquardo de Montemaiori, albergatori Ripollarum, per manum locumtenentis dicti castellani, pro expensis Iohannis de Cresto, scutifferi Domini, cum suis equis et famulo, [*et*] magistri bombardarum, factis Rippolis in domo dicti Quoquardi per tempus quo vacaverunt ibidem tenendo bombardas ed ingenia Domini et ea trahere faciendo in presencia dicti castellani et Iohannis de Cresto, ut viderent et adsisterent ipsa trahi facere quando Domino esset opportunum, non obstante absencia dicti magistri bombardarum; per litteras Domini datas Taurini, die xxii Augusti mccclxxxvi....

Matheo Capelli et uni suo socio, portantibus duas bombardas de Rippolis apud Ciriacum, per litteras Domini datas Rippayrolii, die xi octobris....

Francisco Valperga, de Rippolis, pro portagio et charreagio quindecim queyssiarum virotonorum, portatorum de Rippolis apud Ciriacum de provvisione castri Ripollarum, et de Ciriaco apud Rippayrolium, per litteras de mandato domini Octhonis de Grandissono, locumtenentis et Capitanei generalis Domini ultra montes, datas xv septembris....

## 2. — Presidii.

(*Castellania di Bard*, Mazzo 8 - 1385-87).

Nobilibus et scutifferis inferius nominatis, qui steterunt in castro Bardi in garnisione et custodia eiusdem, et primo Villelmo de Challant, domicello, pro ducentis et viginti uno diebus finitis die xxi exclusivè mensis novembris. — Iohanni Archii de Gignio, domicello, pro ducentis et quatuordecim diebus; dicto Perrailli de Challant naturali, pro triginta uno diebus; Iohanni de Grassano, domicello, pro quinquaginta uno diebus. — Boniffacio de Riva de Graczano, domicello, pro septua-

ginta diebus, quibus diebus dicti nobiles steterunt in dicto Castro in garnisione etc....

Petro Robini, Iohanni Martinodi, Iohanni de Rippa, Iohanni Babelle, Petro de Porchia, Berthodo Baczoneis, Bonino de Raspa et Iohanni de Playno, clientibus, pro ipsorum stipendiis et expensis ducentorum et quadragintaquinque dierum inceptorum die xxi inclusive mensis marcii et finitorum die xxi inclusive mensis novembris anno mccclxxxvi, quibus diebus quilibet ipsorum stetit in garnisione castri Bardi cum nobilibus et scutifferis superius nominatis pro custodia et conservacione dicti castri....

Ad expensas Anthoni et Voudani, vicecastellanorum Bardi, et quinque equitum secum euncium, factas apud Septimum, ubi steterunt pro sucurrendo et auxilium dando dominis dicti loci certis diebus mensis Ianuarii anno mccclxxxsesto, Yporrigie [*et*] quampluribus aliis locis patrie pro visitando patriam et securrsum dando castro Montisastructi et alia negocia Domini sibi ordinata faciendo....

Salario plurium clientum quo steterunt in garnisione in castro predicto Montisastructi....

Hugoneto Picodi et Hugoneto filio Petri Cresti, pro stipendiis et expensis triginta dierum finitorum die prima mensis novembris mccclxxxvi quibus quilibet ipsorum stetit in turri Castri de Avies in garnisione et custodia, ne Tuchini de Valle Brocii ipsam caperent....

.....Que edifficia [castri Bardi] dictus vicecastellanus fieri fecit de mandato et ordinacione baillivi Auguste, comissarii per Dominum ordinati super custodia et conservacione castri Bardi, ut per litteras Domine de mandato eundi et visitandi dictum castrum Bardi, garnisionem et alia ibidem necessaria pro conservatione dicti castri ponendi et ordinandi....et quatuor clientes in garnisione ultra garnisionem solitam ponendi et tenendi donec mandatum haberet de contrario.

Petro Porcherii et Iohanni Chauderon, clientibus, pro stipendiis unius mensis finitis die quarta septembris anno mccclxxxvii quo steterunt in garnisione castri Porcherii....

(*Castell. di Bard*, Mazzo 8).

Libravit in stipendiis septem clientum inferius nominatorum, qui steterunt in castro Bardi in garnisione tempore guerre Canapicii, de mandato et ordinacione baillivi Vallis Auguste....

(*Castell. di Gassino*, Rot. 36).

Libravit Perino de Po[*l*]moncello pro certis clientibus quos de mandato Domini tenuit in municione et custodia castri Po[*l*]moncelli occaxione guerre tunc vigentis inter Dominum et marchionem Montisferrati....

(*Castell. di Aosta*, Mazzo 14).

Petro de Hanrieto de Castromonte et solutis brigandis existentibus ad custodiam Castrimontis....

Stipendia septuagintasex hominum vacantium et vigillantium de nocte infra dictum castrum [Auguste] ultra alios pro tuciori custodia facienda, videlicet a die XXVII mensis Iullii inclusive usque ad diem ultimam mensis augusti inclusive, capientes quilibet ipsorum per noctem novem denarios, et fuerunt ibidem qualibet nocte duo custodes, exceptis sex ultimis noctibus quibus interfuerunt tres custodes.

Libravit Aymonino Bletaz pro stipendiis et salario ipsius septem septimanarum quibus stetit in garnisione et custodia facienda in Castro Argenti, quem ibidem in garnisione tenuit ad tuciorem custodiam ibidem faciendam die noctuque propter guerram Tuchinorum ibidem circumstancium....

(*Conti Tesor. gen. di Savoia*, Vol. 37).

Domino Iohannardo Provane, militi, olim capitaneo recepti et ville Leynici in Canapicio, pro remanencia sui computi dicti capitaneatus, et secum tenuit Anthonium Marquisii de Casellis, domicellum, conestabilem clientum et balisteriorum; item viginti quatuor clientes et sex balisterios pedites, ex una parte, et viginti clientes et duos balisterios, ex altera, in fortifficacione et reparacione necessariis et factis in dicto burgo....

(*Castell. di Caselle*, Rot. 25).

.....Anno Domini mill.° tercentesimo octuagesimo septimo, de mense Iullii, in villa Sancti Mauricii castellate Ciriaci, ubi Iohannonus ex condominis Castellionis in una domo sua, quam ibidem habet, de ordinacione et precepto egregii et potentis militis domini Ybleti domini Challandi et Montisioveti, locumtenentts et Capitanei generalis circa montes illustrissimi principis domini nostri domini Amedei comitis Sabaudie, de et pro muniendo garnisionem castri Valpergie capta fuerunt bona infrascripta et per ipsum Capitaneum conducta ad dictum castrum Vallispergie, et ea deportari fecit super certos carros tam ipsorum hominum Sancti Mauricii quam dicti loci Ciriaci: et primo sestaria centum quaterviginti grani siliginis valentia quolibet sestario solidos quatuordecim vienn. Item carratas sexdecim vini de Monteferrato valentes qualibet charrata florenos septem auri p. p.

(*Conti dell'Hotel*, Vol. 74).

Recepit ab hominibus et Comunitate Scarmagni et Vialfredi pro remissione et quictacione sibi facta de rocheta seu forte fiendo in Scarmagnio.... II^c fl. Ian.

3. — Spedizione dal 27 settembre al 13 ottobre 1386.

(*Conti dell'Hotel* (*Acaia*) — *Conto di Gio. Fabri*, Rot. 42).

Libravit ad expensas prefati ill.mi domini nostri Principis et eius comitive, factas in Ciriaco, Castellamonte et Rippayrolio a die xxvi septimo anno predicto inclusive, qua die in prandio apulit Ciriacum, usque ad diem xvii mensis octobris anno Domini mill.°ccclxxxseptimo (1) qua die redeundo prandidit Rippayrolium et in sero apulit Taurinum, infra quod tempus et ipso durante tempore dominus Princeps supradictus fuit cum eius comitiva Ciriacum et ad Castellamontem pro guerra Tuchinorum in auxilium nobilium Canapicii, suis propriis sumptibus. Qui de eius Domini comitiva et cum ipso fuerunt et steterunt ibidem sunt: Bernardus de la Sala, dominus Philippus de Colegio, dominus Philippus Symionis, Hanrietus de Lucerna, Obertus de Ploczasco, Bastardus de Sabaudia, Ribaldus de Rippalta, Amedeus Bonivardi, Franciscus de Chignino, Agasius De Solerio, dominus Petrus Capellanus, Iohannes de Solario, Humbertus Fabri, Iohannes de Gorczano, Philippus Ruschacii, Stephanus Forerius, Andreuetus Marescalcus, menestrerii, trompeta, Andreas Armurerius, Guillelmus Ialandeti, Henrietus Mahonerius, Iohannonus Bertonus, Anthonius Marcheti, Diderus de Caburreto, Hanrietus Symionis cum quibusdam aliis et cum ipsorum varletis et familiaribus cum equis.

(1) Havvi senza dubbio errore, ed invece di *septimo* deve dirsi *sexto*: in quest'anno appunto la spedizione contro i Tuchini fu fatta nel settembre; nel successivo, invece, durante la primavera. Il documento fu già dato dal Saraceno, (*Regesto dei Princ. d'Acaia*), ma incompletamente: ho creduto necessario riprodurlo qui nella sua integrità.

(*Conto di Pietro Voisin, pel Conte di Savoia, Tes. gen. della guerra*).

Librate facte per Petrum Vicini, clericum illustris et magniffici principis et domini nostri Amedei comitis Sabaudie, gentibus armorum mandatis per ipsum dominum Comitem apud Chamberiacum ad diem sexdecimam mensis Iunii anno Domini millesimo ccclxxxsexto causa eundi cum eodem Domino ad partes Pedemontium pro guerra per ipsum Comitem facta in dicto anno contra marchionem Saluciarum ante Molliambrunam, Villetam nonam et alibi in partes Pedemoncium, mandatisque per ipsum Dominum pro debato existente inter Comites et nobiles Canapicii ex una parte et eorum subditos et rebelles ex alia.

4. — Compagnie assoldate.

Domino Alexandro Asinerii de Ast. militi, pro stipendiis Siondini Asinerii eius fratris, Henrici de Alamania et Iaquemini de Savona, tem-

poris quo prefato Domino nostro cum equis et armis in guerra predicta pro quatuor lanceis servierunt, et pro stipendiis trigintaquinque balisteriorum peditum infrascriptorum, videlicet Iaquemini Siondini, Rolandi Vers, dicti Gamba de Valleperga, Iacomini de Porciuola, Iohannis de la Riva, Boratti de Muastaz, Berardi de Curtavilla, Bartholomei de Palma, Henrici de Viesmes, Bernardi de Custilliolis, Iaquemini de Monbondon, Bertrami de Viesmes, Guilliardi de Costilliolis, Henrici de la Rocaz, Stephani de Monbondom, dicti Yfrat de Viesmes, Pedruci de Roma, Anthonii de Sanctiors, Iohannis Morrail, Francisquini de Moneclair, Ianini de Insula, Iuliani de Mela, Perini de Viesmes alias Badinus, Reversi de Quayr, Thomini Carisii, Gaynoni de Stella, Iohannis Chivallier, Figonis de Stella, Iohannis de Viesmes, Villelmi Rossan, Christophori de Leyna, Ianini de la Cisterna, Anthonini de Palma, Girardini di Monbarquez et Willelmi de Curtamilla, tabordini, temporis quo in guerra predicta cum eorum balistis et aliis armis Domino servierunt....

Libravit domino Ulmee vocato Anthonio de Ceva, conestabili triginta sex balisteriorum et duorum brigandorum peditum infrascriptorum, videlicet Bernardi de Peyret, Michaelis de Salis, Bulleti de Ulmea, Oddoni Botaz de Pineyrolio, Iacobi de Montevico, Francisqui Albaluse de Ceva, Villeti Comitis de Garries, Iacobi Canueza de Montevico, Tineti di Garel, Philipi de Atolian, Iacobi Tilliola de Ceva, Ianini de Ianua, Francesquini Cavallerii de Conio, Villelmi Darroda, Oddini Gamba de Ceva, Villelmi Cherioz de Guenil, Iacobi Capuis de...,...de Montevico, Henrieti Minist de Ceva, Iacobi Vota de Sali, Petri Maya de la Nela, Iohannis de Leseygnou, Anthonii Iohannis de Ceva, Merigoni de Ceva, Iuliani de Scagnello, Iohannis la Quera de Garres, Iohannis Signoret de Sancto Paulo, Angelloni Gandulfi de Ceva, Bertrami de la Niela, Nicolini Fornerii de Montevico, Enriqueti de Villanova de Montevico, Villelmelli....de Ulmea, Manuel Bestat de Ceva, Iohannis Strabit de Niela, balisteriorum; Iohannis de Placentia et Villelmini de Solerio de..., brigandorum....

5. — Riscatto del castello di Pavone.

(*Conti dell'Hotel,* Vol. 69).

A tos ces qui verunt ses preses letres fais a savoir que je Bartholome de Chignin ay recu de Petre Gerbais VIII$^{m}$V$^{c}$ fl. p. paier a Robin del Pin pour la rencun del chastel de Pavon et de l'evesque d'Yvorea e en temon de ce j'ay escript ce present letre de ma mayn e seyles de mon sel. Escrite a Turin, ce VIII jour d'oyteune (1386)....

## SECONDA SPEDIZIONE (1387).

### 6. — Convocazione dell'esercito.

(*Castell. d'Aosta*, Mazzo 14).

Libravit apud Augustam die v mensis Ianuarii anno Domini m°ccc-lxxxvi (1) cuidam nuncio portanti parte Baillivi ad omnia loca et villas dicti Baillivatus ad faciendum proclamari et congregari cavalcatas ad eundum Yporrigiam contra rebelles Canapicii, ut per litteras Consilii Domini, datas Yporrigie, die prima Ianuarii....

Libravit [ibidem] die viii Iunii parvo Peirino et Boniffacio Cantori, nunciis, missis cum licteris dicti Baillivi...pro faciendo proclamari exercitus et cavalcatas, ut cum armis omnes sequerentur vexillum ad eundum apud Ciriacum; per litteras clausas Consilii Domini de mandato predicto fieri faciendo, datas Taurini, die iiii Iunii....

Libravit die xxv Iullii cuidam nuncio portanti quamdam literam Petro Agricole, clerico curie Vallis Digne, pro gentibus peditibus congregandis pro guerra Tuchinorum....

(1) *More gallico.*

### 7. — Nuova adunata.

(*Conti dell'Hotel*, Vol. 69).

Libravit uno clerico de Taurino, misso Casellas, Ciriacum et Lanceum pro congregando cavalcatas causa eundi super Tuchinos, tam pro expensis suis, quam locagio unius equi, die ultima augusti anno mccclxxxvii....

### 8. — Movimento dei Tuchini verso Torino.

(*Castell. di Gassino*, Rot. 35).

Anthonio de Rippayrolio, habitanti Gaxini, misso Taurinum vicario dicti loci pro notifficando sicut Tuchini fines Taurini currere debebant.

### 9. — Il marchese di Monferrato marcia su Torino.

(*Castell. di Torino*, Rot. 50).

Libravit die xxiii mensis Aprilis Iohanni de Buella, misso Pineyrolium ad Dominum [principem Acaye] notifficando sicut marchio Montisferrati currerat fines Taurini absque diffidencia....

### 10. — Compagnie e Bande assoldate.

(*Conti di Pietro Voisin — Tes. delle Guerre*, Rot. 23).

Librate facte per Petrum Vicini, de Confleto, secretarium domini nostri domini comitis Sabaudie, gentibus armorum, ballisteriis, archeriis, brigandis et aliis infrascriptis pro guerra facta per prefatum

Dominum in anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo septimo contra Theodulum de Montebello marchionem Montisferrati et rebelles seu Tuchinos Canapicii, Vercelleysii et eciam Valleysii, tam in denariis numeratis et traditis per ipsum Petrum Gerbaysii nomine dicti Petri Vicini, quam in responsionibus per ipsum factis erga plures personas civitatis Taurini, tam in mutuis et manu sua nomine dicti Petri Vicini factis post monstram gentium predictarum, quam ipsius Petri Vicini in denariis numeratis et in responsionibus factis per Dominum pluribus gentibus de Sancta Agatha, de Burgo Alicis et Sancto Mauricio.

Et primo libravit domino Geuffredo Feurer (1), militi Britannie, Galo, (*sic*) Capitaneo generali centum hominum armorum, videlicet quinque militum, ipso excluso, [*et*] quatervigінti et quatuordecim scutifferorum suprascriptorum Domino missorum per dominum ducem Bituricensem, videlicet domini Guillelmi de Sancto Stephano, domini Theobaldi de Mota, domini Petri de Villeran, domini Petri de Varennas, domini Iohannis de Villeri, militum; Thebaldi Hérisson, Iohannis Bachoul, Theobaldi de Granay, Germoni de Vinani, Iohannis de Mondet, Perroti du Plesseys, Henrici du Chanine, Payen Giton, Iohannis Bruneti, Petri de Monmoron, Iohannis de Mombouсher, Olliverii Hactes, Alani de Champorgnon, Luchas du Pitit Pro, Simondi de Portes, Petri Guilo, Guillelmi de Malichat, Iohannis de Capella, Iohannis Aubant, Raoul Mandart, Thome Onie, Perrini Audigier, Roberti le Chanoyne, Fauquet de Saint Bertin, Matte de Malenoe, Iohannis Championis, Iohannis de Vittore, Roberti de Vittore, Berteran de Vittré, Iohannis de Brueil, Michaelis...(2).., Guillelmi du Brueil, Andree de Mota, Petri de la Chareze, Iohannis Tilliart, Iohannes le Chanoyne, Iohannis de Mongiroul, Iohannis de Marbre, Iamet de Marbre, Ambrois de la Chapelle, Matte de Roncest, Iohannis de Chenna, Iohannis Chacille, Theobaldi de la Marche, Iohannis Godelin, Iohannis de Chamblais, Prot Senechal, Michaelis Guillaume, Henrici de Cille, Iohannis Senart, Iohannis Barbes, Iohannis le Serrot, Iamet Bardon, Geuffredi de Chane, Roberti de Domignie, Iohannis Daron, Guillelmi Ribaut, Iohannis Bonchier, Iohannis Pinet, Guillelmi de Rassignol, Iohannis de Beauvilli, Guillelmi Turpin, Philippot de Baniot, Iohannis de la Guignardière, Philippot de Tardem, Iohannis Danduye, Guillelmi di Porrieres, Ginoni de Monguerre, Guiffredi Duboys, Berangier, Guillelmi de Ianville, Robini des Planches, Theobaldi de Ramignie, Olliverii Dandigne, Aubellot de Chartres, Iohannis de Morez, Guillelmi de Religni, Reynaudi Aubery, Raoul Marie, Iohannis Marie, Guillelmi de la Ville Estable, Guillelmi Briant, Iohannis de Gaucourt, Iohannis Danquelle, Philippot de Terf, Etoul de

Scomule, Colini de Reynauteste, Richardi Sillestat, Mandoni Dalim, Iohannis Daubery, et Iohannis Daubery, Britonum (3)....

Litteris domini Octoni de Grandissono (4), militis, domini Sancte Crucis et Albone, mutuo sibi facto super stipendiis suis et infrascriptorum pro dictis guerris, videlicet domini Guillelmi de Grandissone, eius filii, militis; domini Hugonis de Estavayaco, militis; domini Animandi de Belprut, militis; domini Iohannis de Monrichier, militis; Guillelmi de Monrichier, eius fratris; Henrici de Fontana in Verromesio, Aymonis de Lucingio de Vuiniaco, Guillelmo Mistralis, Iohannis de Monz, Huberti de Lavignie, Georgii de Bono Villario, Hulrici Davencho, Francisci de Albona, Richardi de Villario Ferlay, Girardo de Lugne, Henrici Regenerii, Petri Faucon, Humberti Ros de Sancto Regimberto, Hugonini Archerii, Guichardi de Monboyron, Iohannis de Monboyron, dicti Lanbequii d'Ardenne, Iasquini de Poleyna, dicti Gontier de Sansognia, Bonifacii de Viconovo, Petri Sequalci de Albona, Perrini de Borrelat, Curardi Deignie, Anthonii de Solerio de Ypporigia, Georgi de Puteo, Iohannis de Vurles, Eynaudi de Monbrion, Iohannis de Andurno, Anthonii Ogerii de Savillano, Philippi de Nono, Stephani de Chaneyrie, Bombardi de Pineyrolio, Iohannis de Pracia de Gascognia, Iohannis Porterii de Yverdun, Guillelmi Bastardi de Novassella, Cetri de Alten, Dominici Randon, Iohannis de Bignins, Roleti de Pitigine, Iohannis de Gralliaco, Iacobi de Binasta, Iohannis Fauconet, Iohannis de Conay, Humberti de Conay, Petri de Dulucio, Iaquemini de Fauria, Henrici Martuandi, Petri de Grandissone, Iacobi de Bras, Vullelli de Noyseto, Vesperoni de Noyseto, Iohannis de Biraja et Angeloni Alamant.

Libravit Reynerio Capastri, de Querio, pro stipendiis suis et quadraginta quinque lancearum et hominum armorum infrascriptorum, videlicet Anthonii Doyria (5), Bertholomei Capastri, Iuliani Doyria, Dominici Doyria, Colini de Boyne, Danit Dalbalestre, Ansermi Dareth, Anthonii Farron, Iaqueti de Rouch, Georgini de Mediolano, Guillelmi de Lion, Petri de Revillasc, Iohannis du Main, Iohannis Sauvage, Robini de Ultina, Ianini Le Picard, Ianini de Saint Loup, Iohannis de Britannia, Iohannis de Burgundia, Iohannis de Saintin, Iohannis de la Mote, Laurencii de Burris, Michaleti Gay, Iaquemini d'Arras, Petri d'Arly, Stephanini le Gascard, Petri de Gructines, Symondi de Flamaye, Symondi de Alamania, Guillelmi Brucellini, Michaelis de Sabaudia, Saudini de March, Audisson Folia, Guillelmi le Breton, Iohannis de Sercieray, Aniquini Seragini, Peroneti de Capella, Iohannis de Laurena, Guillelmi de Mellestron, Aniquini de Colognia, Iohannis Oliverii, Guillelmi de la Rochetta, Iohannis Ioffrey, Iaquemodi d'Albegne, Iohannis le trompete; et pro stipendiis trigintaduorum tam ballisteriorum quam archeriorum

equitum eiusdem Reynerii comitive, videlicet Luquini Marin conestabilis superscriptorum ballisteriorum, Iohannis Darey, Aymoneti de Caramagnia, Ianini Ros de Vontros, Moyses de Montepessullano, Iohannis d'Avignion, Petri de Meza, Galbaudi David, Segurandi Baudo, Gilbandi de Lanez, Manuelli d'Araz, Francisci Dynelle, Ianini de Belloioco, Iohannis de Ponte Ala, Petri de Sestrina, Iohannis de Cremarin, Richardi de Tornay, Ianini D'Antigny, Peroneti de Corsy, Iohannis de Cremonia, Iohannis de Marseillia, Iulliani de Sauvona, Iohannis Chancy, Georgii de Prouza, Aymoneti Darly, Georgii de Gislens, Macerut Dareth, Mauriseti de Bretagnia, Aniquini de Louray, Petri de Salamant, Guillelmi Teraynt, et Guillelmi Le Breton.

Libravit Guillelmo de Bonefons (6), Capitaneo quaterviginti quinque lancearum et hominum armorum ballisteriorum equitum infrascriptorum, in quibus sunt quatuor conestabiles, videlicet Mondoni de Grassa, Bigniet, Durand Vises Bard, Rodigonis de Biberia et Iohannis de Saint Adest, Stephani de Loussouz, dicti Proneys, Iohannis Magistri, Guillelmi Roget, Alfonsi de Cordua, Philipoti de Mornay, Iohannis de la Peira, Iohannis Dontagnia, Iohannis Baldis, Thomassini de Ondiel, Petri Lontardi, Iohannis de Orione, dicti Pineyrol, Olliverii de Rien, Facini de Alexandria, Aniquini de Barbant, Bertrandi de Grant, Petri de Ligny, Theobaldi de Bruges, Pascal de Vares, Martini de Mignichet, Aniquini de Aynot, Georgii Avestion, Iohannis de Yspania, Peroneti Salamon, Guillelmi de Troys, Magni Guillelmini, Parvi Perrini, Iohannis de Chanenyeux, Petri Laurencii, Colini de Malarey, Iohannis Ginardi, Allioti de Grant, Guirodi, Johan Girondi Mollinarii, Iohannis Fisol, Iohannis de la Rua, Iohannis Malionqueis, Colini Fancyron, Thomassini de Chand, Conraldi Foz, Iohannis de Villanova, Petri de Albona, Iohannis le Breton, Georgii de Mons, Perrodi le Provenczal, Mondoni Galterii, Iohannis Daminya, Gotofredi d'Aremble, Iohannis de Guicho, Iohannis Tornier, Lyoneti de Nyce, Iohannis de Veneria, Iohannis de Araffa, Perini Perisson, Magni Iacob, Andree Bastida, Girardini de Alamania, Reynaudi de Montanbon, Andreueti de Cressey, Iohannis le Picard, Iohannis Gontier, Iohannis de Lyle, Iohannis de Bresay, Robini de Aerlisant, Iaqueti du Pelajaiy, dicti Chavillet, Bastardi de Cusances, Iohannis de Parisiis, Michaleti de Finny, Iacobo Bastardi Iohannis Bornij, Iohannis de la Rochella, Rogeri de Naples, Perini Nucel, Perini Bondiray, Girardini Mornay, Robini de Bollay et Guillelmi de Bosteles, trompete.

(1) Non « Semerie » come scrive il Cibrario (*Origini e progressi*).

(2) Laceratura nella pergamena.

(3) A proposito di questa Compagnia gioverà ricordare come nei conti dei

Tes. di Savoia (vol. 37) si trovi che il Conte Rosso spedì Gio. Bonivard, suo scudiero, « associando dominum Ioffredum Fevrerii, capitaneum Britonum, veniendo » de partibus Pedemoncii, [*qui*] sibi cum pluribus aliis nobilibus Domino servie- » runt in partibus Pedemoncium, conducendoque dictos Britones per Maurianam, » Sabaudiam, usque Yennam, custodiendo ne dicti Britones, qui erant circa v<sup>c</sup> » equi, patrie non offenderent; circa que vacavit idem Iohannes novem diebus » integris finitis die veneris XXVII ex. mensis septembris, et propter aquas et » mala itinera non citius dictum iter facere potuit ».

(4) Dal Reg. n. 43, f. 159, *verso*, dei *Conti dei Tes. di Savoia*, risulta che questa Compagnia stette nei dintorni di Rivarolo (*mandato di pagamento dell'arciere Ugonino*).

(5) Dal Reg. 37 del *Tes. Gen. di Savoia*, a carte 200 e 202, si rileva come l'Antonio De Oria, domicello, fosse comproprietario di questa Compagnia. Si legge infatti: « Libravit Anthonio de Auria, de Ianua, domicello, cui Dominus » in ipsis tenebatur pro parte remanencie stipendiorum suorum, et Raynerii » Capastri, de Cuerio, domicelli, temporis quo Domino servierunt cum quadra- » gintaquinque lanceis et triginta duobus balisteriis ».

(6) Un altro documento (*Tes. di Savoia*, vol. 37, p. 207) lo dice: *Familliari domini nostri ducis de Berri*.

### 11. — Balestrieri e Bombardieri.

(*Conto di Pietro Voisin — Tes. delle Guerre*, Rot. 23).

Libravit Petro de Melduno, contestabili balisteriorum Racunexii (1) infrascriptorum, Anthonii Barbanie, Perini de Querio, Iohannis Valerii, Francisquini de Cavallier mayour, Perini Ruffi de Villanoveta, Odini de Rancunesio, Anthonii Barot de Villafrancha, Oddonis de Casellis, Iacobi de Yporrigia, Anthonii Lucarni, Palmerii de Neapoli, Iohannis Danjona, Anthonii de Fonte, Bartholomei Calcul de Sancto Mauricio, Martini de Font, Anthonii de Pineyrolio, Iohannis de Langosch et Nycolay de Laya....

Emerico de Clauso, Roleto Oliveti, Petro de Molendini, Hugoneto Mornay, Iohanni de Buegio, Iohanni Boqueti et Petro Migoti, balisteriis peditibus de Bona in Foucigniaco....

Roleto de Brassabona, balisterio; Iohanni Planta, balisterio equiti ...

Petro Fabri de Montemeliano, Iohanni Crispini de Valencia, Iohanni de Fonte de Montegelato, Perrino Maynerii, Iohanni de Porta, Mermeto Fonterii, Guillelmo de Gubynie, Iohanni Nobili, Balisteriis Roberto Corda, dicto Perrod, dicto Cambia et Iohanni de la Rive, balisteriis Domini....

Bondono de Florencia, Anthonio de Montanazar, Anthonio de Revillas, Graciolo Delila, Iohanni de Ceva, dicto Ianueys, balisteriis de Ceva....

Iohanni de Fontana de Sancto Genisio, Iohanni de Verneto, Iohanni

Cheardi, Petro Planeti, Petro Peysini et Bartholomeo Berrot, balisteriis Sancti Genisii....

(*Cast. di Rivoli*, Rot. 74).

Libravit Iacobino de Iaquemeta in empcione et pro precio certe quantitatis ferri habiti ab eodem pro ingeniis et bombardis Domini rehactandis (*4 marzo 1387*)....

(*Cast. di Rivoli*, Rot. 75).

Libravit tribus boveriis qui portaverunt externa die super tribus suis curibus a Ripolis ad Taurinum certos pavesios et caissias virotonorum Domini; per litteras Domini datas Taurini, die XI Augusti....

(*Tes. gen. Savoia*, Vol. 37).

Libravit Henrico Calf, servitori Domini et magistro bombardarum, in quibus Dominus eidem tenebatur pro remanencia ducentorumviginti franchorum auri pro precio septem bombardarum ponderancium vigintiduobus quintalibus, quolibet quintale decem franchorum auri, litteris Domini datas Rippolis, die XII Iunii (*1387*).

A Amiey et Pierre Gondinet, maistre[*s*] des bombardes, pour leurs despains de aler en Piemont le III jour de may l'an dessus dit (*1387*).

(*Cast. di Rivoli*, Rot. 75).

Petro Gondineti, de Burgo in Breissia, magistro bombardarum, tam pro certa quantitate ferri necessaria pro duabus bombardis per ipsum Petrum faciendis et pro eius expensis, per litteras Domini datas Taurini, die IV augusti.

### 12. — Soccorsi del conte di Savoia per la difesa di alcuni castelli del Canavese.

(*Conti dell'Hotel*, Vol. 69).

Le dit Pierre [Gerbais] ha preste pour les brigands et aubarestiers que l'on ha preste au seigneurs de Valperga, de Castellamont, de Front, de Baudissier, de Laurenczay et de Saint Martin du comandement du Capitain de Piemont et de messire Bartholome de Chignin....

Pour banderes que le dit Capitain et messire Bartholome firent faire a Yvoree pour mettre sur les chasteaux des dit gentilshomes....

### 13. — Soggiorno in Rivoli del conte di Savoia e del principe d'Acaia.

(*Conti dell'Hotel d'Acaia*, Rot. 41).

Libravit ad expensas Domini eiusque familie, factas Rippolis, illustri domino nostro condam comite Sabaudie ibidem existente, diebus sabati sero, dominica, lune, martis sequentibus, et mercurii in prandio, VIII, IX, X, XI et XII mensis Iunii anni Domini millesimo ccc octuagesimoseptimo cum triginta duobus equis, et aliquando plus et aliquando minus, pre-

sentibus dominis Philippo Symeonis milite, Amedeo Bonnivardi, Francisco de Chignino, Petro de Compesio, Iohanni de Villeta, Humberto Fabri et pluribus aliis de familia Domini, quibus diebus persona Domini cum duobus scutifferis dumtaxat fuit in castro Ripollarum cum domino nostro Comite, alie vero gentes et familia Domini fuit in tinello in domo Guillelmi Dro sumptibus Domini, inclusis expensis Domini et gentium suarum predictarum factis in Ploczasco die VIII mensis Iunii, in prandio, venendo Rippolas....

14. — Persone al seguito del conte di Savoia.

(*Conti Tes. guerre*, Rot. 23).

Gentes hospicii Domini: Magistro Bono phisico domini, domino Iohanni de Fontana monacho capellano domini, dompno Petro capellano Domini, Favino coquo Domini, Peroneto Lamberti, Francisco de Luquino coquo Domini, Becardo porterio Domini, dicto Normant pollalerio Domini, dicto Priour menestrerio Domini, Conchelino menestrerio Domini, Ianino trompete Domini, Georgio trompete Domini, Symoneto de Salino magistro bombardarum, Colino de Salino magistro bombardarum, Iohanni Dasembort Theotonico magistro bombardarum, Petro Gaudinet magistro bombardarum.

15. — Soggiorno del principe d'Acaia e del conte di Savoia in Torino.

(*Conti dell'Hotel Acaja*, Rot. 41).

Libravit ad expensas Domini eiusque comitive et familie, factas Taurini diebus XII Iunii in sero XIII, XIIII et XV dicti mensis anno Domini millesimo ccc octuagesimoseptimo supradicto, cum centum quatuor equis, aliquando plus, aliquando minus, quibus diebus fuit ibidem cum armis occaxione guerre mote per dominum marchionem Montisferrati contra prefatos dominos nostros Comitem et Principem, ipso eciam Domino nostro condam tunc ibidem existente cum magna gentium armigerorum comitiva, presentibus cum Domino dominis Philippo domino Collegii, Iohanne de Montebello condomino Ferruczaschi, Philippo Symeon, militibus; Henrieto condomino Lucerne et Campigloni, Francisquino Cacayrani, Ribaldo de Rippalta, Symondino Faleto, Amedeo Bonivardi, Guillelmo de Canalibus, Bartolomeo de Excalengiis, Cathelano Faleti, Rolandino de Ploczasco, Iohanne Marcheti, Iohanne de Villeta, Iohannino de Caburreto, Martino de Rippa, Iohannino de Caluxio, Oliverio de Brenecio, Philippo de Ruscacio, Anthonio Trucheti, Iohanne Philippo de Solario, Bartholino de Prospero, Daniello Carcagno, Beldono de Beldonis, Anthonio de Mediolano, Moscardino de Bersatoribus et pluribus aliis personis, tam patriotis, quam aliis affluentibus in hospicio Domini occaxione dicte guerre....

16. — Guasto fatto sulle fini di Castiglione.

Libravit ad expensas infrascriptorum nobilium ipsorumque familie et equorum factas apud Gaxinum diebus xvi, xvii, xviii, xix, xx, xxi, xxii mensis iunii anno predicto, ubi fuerunt cum armis cum illustri domino Ludovico de Sabaudia pro guastando fines Castigloni, postmodum fuerunt et steterunt in Gaxino pro custodia ville et finis Gaxini ut homines Gaxini possent recolligere eorum blada, quorum nobilium nomina sunt hec: Dominus Iohannes de Ferruczasco, Iohannardus Provane, milites, Michael de Lucerna, Francisquinus Cacayrani, Symondinus Faleti, quidam scutifferus Dominici Rotarii, Thomas Asinarius, Anthoninus de Nono, Iohannes de Ayrascha, Franciscus de Macello, Iohannes de Solario, Guillelmus Canalis, Cardonus de Lucerna, Iacobus de Bagnolio, Bartholomeus de Castagnolis, Fredericus Provana, Ludovicus Provana, Hugonetus Volla, Guillelmus Cambianus, Iohannes de Villeta, Anthonius de Caburro, Hostacius de Valle, Anthonius Frexius, Onofrius Gilius, Bartholomeus de Vasqueto, Iohannes Ruscacius, Stephanus Bosonay, Andrenetus Marescalcus, Iohannonus de Caluxio, Iohannes Pellacia, Bersanus trompeta, filius Pergamini, Constantinus Biga, Hunrietus Mahonerius, cum centumquatuor equis (1).

(1) Il castellano di Gassino (Rot. 35) giustifica così questo movimento: « Tam pro vasto facto ante Castiglonum, quam pro faciendo custodiam et excortam in finibus Gaxini ad eo quod homines dicti loci eorum blada et fena secure recolligere possent propter guerram tunc existentem inter dominos notros comitem Sabaudie et Principem, parte una, et marchionem Montisferrati, parte altera ».

17. — Continuazione della guerra.

(*Vicaria di Torino*, Rot. 50).

Die quarta [Augusti] Petro de Marqueto, misso Colegium et Planeciam ad dominos dictorum locorum cum literis Domini de proclamacione exercitus in Montemferratum....

Item die ix augusti Bartholomeo Serioto, misso ad loca predicta et Tranuam cum literis Domini de prorogatione exercitus....

18. — Timori di nuove ostilità.

(*Vicaria di Torino*, Rot. 50).

Item die xi novembris Pizono de Vado, misso Septimum pro novis inquirendis si marchio Montisferrati congregabat gentes in Vulpiano.

19. — Donativo ad un ferito.

(*Conti della Tes. gen. di Savoia*, Vol. 38).

Iohanni de Troyes, de Ambroniaco, domicello, pro remanencia stipendiorum suorum temporis quo cum equis et armis Domino servivit

ultra montes in guerra sua contra marchionem Montisferrati de mense Maii et Iunii et Iulii anno subscripto (*1387*), attentis crudelibus vulneribus que dictus Iohannes de Troyes recepit in capite in serviciis Domini ultra montes; per litteram Domini datam Ciriaci, die v Iulii.... xiiii fl., xiii d. g. tur.

20. — Sacco di Leyni.

(*Castell. di Caselle*, Rot. 23).

Recepit a Boniffacio Engigniaco, quia dixit quod Deus vellet quod villa Casellarum esset ita sacheata sicut est Laynicum....

21. — Dono di grano agli abitanti di Balangero.

(*Castell. di Rivoli*, Rot. 75).

Amedeus comes Sabaudie dilecto nostro Anthonio Cristino de Rippolis, tenenti decimam nostram siliginis Rippolarum de presenti, salutem. Dilectis, fidelibus hominibus et subdictis nostris Comunitatis ville et burgi nostrorum Belengeri vigintiquinque modia siliginis donavimus graciose, pro supportatione dampnorum per eos substentorum de tempore quo se dicti homines contra castrum dicti loci Balengerii et illud tenentes, contra dictos homines guerram facientes, tenuerunt et se viriliter deffenderunt. Et propterea mandamus tenore presencium quatenus dicti vigintiquinque modia siliginis super censa dicte decime nostre siliginis anni presentis tradas et expedias dilecto fideli militi domino Anthonio de Chignino consiliario et castellano nostro Balengerii, per eum dividenda et tradenda (et) personis ville et burgi nostrorum predictorum etc. — Data Taurini, die xi augusti anno Domini mccclxxxvii.

## IL TUCHINAGGIO IN VALLE D'AOSTA.

22. — Convegno di castellani in Ivrea.

(*Castell. d'Aosta*, Mazzo 14, Rot. 2°).

Libravit ad expensas ipsius [castellani], trium equorum et duorum valletorum, factas eundo de Augusta apud Yporrigiam, mandatus per dominum Ybletum de Chalant, Capitaneum Pedemontium, pro facto Tuchinorum, ad que vacavit eundo, stando et redeundo quinque diebus finitis die octava mensis Ianuarii....

Item cum duobus nobilibus et quinque valletis cum armis, mandatus per dominum Capitaneum predictum pro facto dictorum Tuchinorum de Augusta apud Bardum; ad que vacavit eundo, stando et redeundo quinque diebus finitis die xix Ianuarii....

Ad expensas sui ipsius, trium equorum et duorum valletorum, factas eundo de Augusta apud Yporrigiam, mandatus per dominum Ybletum de Chalant, Capitaneum Pedemontium, pro facto Tuchinorum Cana-

picii; ad que vacavit eundo stando et redeundo quatuor diebus finitis die XXIII exclusive mensis Ianuarii....

(*Castell. di Cly — Conto di Ant. di Rippalta, 1385-1390*).

Libravit ad expensas sui ipsius [castellani], duorum equorum et unius valeti, factas eundo de Cly apud Yporrigiam, mandatus per dominum Capitaneum Pedemoncium pro facto Tuchinorum; ad que vacavit eundo, stando et redeundo quatuor diebus finitis die VIII Ianuarii anno Domini millesimo ccc octuagesimosexto (1)....

Pro expensis suis, factis cum equis et quatuor valetis cum asinis eundo de Cly apud Montemiovetum; ad que vacavit duobus diebus finitis die XIX mensis Ianuarii....

(1) *More gallico.*

23. — Trattative coi Tuchini.

(*Cast. d'Aosta*, Mazzo 14).

Libravit ad expensas suas et procuratoris Auguste apud Bardum, causa visitandi castrum Bardi et ipsum muniendo ultra solitam municionem de brigandis quatuor, et causa habendi colloquium et tractandi cum hominibus vallium et locorum Soane, Brosii et Caprine, existencium de genere et iura Tuchinorum, quatenus se darent domino nostro Comiti....

Ad expensas ambassiatorum locorum predictorum et cibo et potu....

Ad meas [castellani] expensas, eundo de Bardo per Augustam, Columpnam Iovis, Secusiam, Rippolas, Taurinum, Ciriacum et Ypporigiam ad Dominum nostrum causa sibi refferendi responsionem dictorum hominum dicte Baillive, et tractavi quod homines Vallium Broxii, Caprine et Soagne, necnon homines comunitatum Scarmagni et Vialfredi, se submiserunt dominio prefati domini nostri Comitis. Ad predicta continue vacavi spacio dierum lxv....

24. — Sconfitta dei Valdostani.

(*Cast. d'Aosta*, Mazzo 12).

Ad expensas procuratoris Auguste, qui de Augusta ad me Yporrigiam venit occasione desconficte date per homines vallis Pontis hominibus vallis Auguste....

25. — I Tuchini in Valsavaranche.

(*Cast. d'Aosta*, Mazzo 12).

Die prima augusti, Petro Bertholeto et famulo Iacobi Peltory, euntibus Augustam pro querendo gentes, quia Tuchini intraverant in Valle Savarenchia....

Libravit die XXII Augusti Iohanni Porcheo et filio don Guespat, missis versus Vallem Grisenchiam, occasione guerre Tuchinorum.

26. — Timori per una marcia del marchese di Monferrato verso la valle d'Aosta.

(*Cast. di Bard*, Mazzo 8).

Libravit Iohanni dicto Grand de Bardo, messagerio, ad dominum Aymonem de Chalant, Franciscum de Challant filium domini Capitanei Pedemoncium et ad Baillivum Augusti, portaturo eisdem quasdam litteras missas per potestatem Yporrigie, continentes quod dominus marchio Montisferrati intendebat intrare Vallem Augustam....

27. — Tentativo d'aggiramento delle posizioni dei Tuchini [1387].

(*Cast. di Bard*, Mazzo 8).

Libravit Iohanni Grand et Bartholomeo de Somey, missis de nocte cum omni festinacione apud Montemaltum ad dominum Capitaneum Pedemontium, qui ibidem erat, portaturis eidem domino Capitaneo quasdam literas pro facto ultimarum intratarum fiendarum per montes Vallis Auguste supra Tuchinos....

Dicto Ians et Iohanni Anthonii, nunciis, qui portaverunt quasdam literas domini Capitanei domino Episcopo Auguste, Aymoni de Chalant, baillivo Auguste, et dominis Uselli et filio dicti domini Capitanei, de nocte et festinanter, pro facto ordinacionis dictarum ultimarum intratarum.

Libravit Johanni Rippe, Bernardo Valpianeys ed uni alteri eorum socio missis cum literis Domini de contromandamento dictarum intratarum ultionum fiendarum super Tuchinos, videlicet die et nocte per montes usque ad vallem Pontis seu Cerisoles, montis Cogne et Campi Porcherii....

28. — Notizie della guerra mandate al re di Francia.

(*Conti dell'Hotel*, Vol. 69).

Die xv septembris (1387) Aniquino celapario Domini, misso Parisiis per Dominum ad portandum nova domino regi Francie de guerra Pedemontium....

29. — Ricostruzione del castello di Ciriè.

(*Cast. di Rivoli*, Rot. 75).

Libravit Petro Vicini pro reaptari faciendo certam partem castri domini Ciriaci tunc novissime diruptam....

30. — Trattative col marchese di Monferrato (Nov. 1386).

(*Conti Tes. gen. di Savoia*, Vol. 37).

Domino Guichardo Marchiandi, legum doctori et militi, consiliario Domini, pro suis expensis fiendis eundo de mandato Domini de Chamberiaco ad partes Pedemontii ed ulterius occasione questionis ver-

tentis inter Dominum et marchionem Montisferrati pro qua breviter tunc teneri debebatur una iornata in qua dictus Dominus erat summe necessarius....

31. — Arbitrato di Antoniotto Adorno, doge di Genova.

(*Conti dei Tes. gen. di Savoia*).

Libravit die prima decembris (*1387*) Mermeto Rongeti, de quibus Domino computare debebit, pro expensis domini Bartholomei de Chignino et aliorum ambassiatorum missorum (1) per Dominum apud Ianuam pro tenendo dietam cum domino Montisferrati marchione....

(2) Libravit Mermeto Rougeti, secretario Domini, pro expensis per eum et dominum Millonem Gruacti factis in dicta tenuta Ianue in octabis feste Pasche proxime preteriti, et pro expensis per ipsum Mermetum faciendis eundo Ianuam, ubi tunc per Dominum destinabatur pro facto iornate assignate ibidem coram duce Ianue ad vicesimam diem dicti mensis maii cum marchione Montisferrati....

Libravit Mermeto Rougeti, secretario Domini, pro suis expensis faciendis eundo apud Ianuam....pro dieta assignata ad octavam mensis Iulii coram duce Ianue tenenda cum gentibus marchionis Montisferrati.

(1) Gli altri inviati, i cui nomi si ricavano dal conto n. 69 dell'Hotel, sono: Milonus Gruetus, Iohanninus Provana e lo stesso Mermeto Rouget.

(2) Publicato incompletamente dal Camus, *La venue en France de Valentine Visconti*, Doc. xxii.

32. — Trattative del Principe col marchese di Monferrato.

(*Vicaria di Torino*, Rot. 50).

Libravit ad expensas domini Iohannis de Brayda, cancellarii Domini, et Iohannis de Lompnis, factas Taurini in domo Iohannis de Pelandruto, cum duobus famulis et quatuor equis, eundo Gaxinum pro habendo colloquium cum gentibus marchionis Montisferrati....

33. — Convegno di Lodovico d'Acaia col marchese di Monferrato.

(*Cast. di Gassino*, Rot. 35).

Ad expensas illustris domini Ludovici de Sabaudia, fratris Domini [principis Achaye], factas Gaxini die x mensis maii anno Domini millesimo ccclxxx octavo, in prandio, cum ipsius familia et equis, ubi fuit pro habendo colloquio cum illustri domino Guillelmo de Monferrato....

34. — Mediazione del conte di Virtù.

(*Tes. gen. di Savoia*, Vol. 37).

Libravit domino Guichardo Marchiandi, legum doctori, consiliario Domini, et Mermeto Rougeti, eius secretario, destinatis per Dominum ad partes Italie versus illustrem Virtutum comitem una cum nonnullis aliis consiliarii Domini tunc existentibus ultra montes, pro certis trac-

tatibus pro Domino et Domina faciendis coram dicto Virtutum comite, tamquam arbitro et arbitratore questione vertente inter Dominum, ex una parte, et marchionem Montisferrati, ex altera; per litteram Domini datam Chamberiaci, die xx mensis novembris anno mccclxxxviii....

35. — Dieta del cancelliere d'Acaia col castellano di Chivasso.

(*Castell. di Gassino*, Rot. 35).

Libravit ad expensas domini Iohannis de Brayda, cancellarii et consiliarii domini [principis Achaye], factas apud Gaxinum die xxiiii mensis februarii, in prandio, ubi fuit missus pro quadam dieta tenenda cum castellano Clavaxii....

36. — Convegno del conte Rosso col marchese di Monferrato.

(*Conti dell'Hotel — Conto di P. Duc*, Vol. 74).

Libravit Yporrigie, mandato Domini, relacione domini Sancti Mauricii, archeriis Domini quos die xxviii mensis ianuarii [*1391*] respondit solvere pro eisdem personis de Yporrigia in accessu Domini apud Clavasium facto cum marchione Montisferrati pro arnesiis dictorum archeriorum redimendis....

Libravit Clavaxii dicta die (*30 gennaio 1391*) ministreriis marchionis Montisferrati, mandato Domini, proprio dono sibi facto, inclusis duobus florenis datis ministerio Alpe dicti Marchionis....

37. — Condanne pel tuchinaggio.

(*Castell. d'Ivrea*).

Recepit pro quadam domo delivrata Francisco de Follioto, que fuit quondam domini Petri de Burolio rebellis Domini, vi fl.

(*Castell. di Aosta*).

A Petro Iohanneti, Theobaldo eius fratre, Martino Ulmodi, Michaele Paleno, Petro Iaquemini, Peronini de Pael, Iacobo Ferrant, Anthonio Agnexie, Petro Minonis et Iaquemodo Minonis, omnibus de Valle Savarenchia, quia inculpabantur ministrasse victualia illis de Cerisoliis et contractus vendendo et emendo cum eisdem fecisse ultra banna et inhibiciones sibi facta parte Domini, iiii$^{xx}$ii fl. et dim. b. p.

Pro vivallia sive pane et aqua datis Petro Cotin, Tuchino, quem captum et carceribus mancipatum sexaginta tribus diebus tenuit, quia venerat in partibus illis ad explorandum, postmodum casu fortuito ipso in dictis carceribus existenti se interfecit, quibus non obstantibus fuit laqueo ad furchas suspensus. — In uno poste, quibusdam capistris et catenis ferreis et locagio unius roncini, qui dictum Petrum mortuum super ipsum postem duxit ad furchas, et carnacerio qui ipsum Petrum laqueo ad furchas suspendidit, v fl. et dim. p. p.

Recepit a Petro de Tullia, eo quia se vocavit esse Tuchinus causa

faciendi timorem familiari Vianini tabernarii, loquendo linguam lombardam, eidemque famulo fugam propter hoc fieri faciendo, xviii fl. b. p.

Ab Anthonio Dureto, de eodem loco, pro eodem et eadem causa, xii fl. b. p.

A Petro Graveloni de Tuillia, eo quia inculpabatur se fecisse Tuchinum causa faciendi timorem certis pueris de Tuillia, vii fl. et dim.

Ab Anthonio Borna de Sala, eo quia dixit se velle facere Tuchinum contra nobiles Vallis Digne et clericos, vi fl. b. p.

A Dominico Anbo de Morgia Sala, pro eodem, v fl., i quart. b. p.

(*Castell. d'Aosta*, Mazzo 15).

Ab Anthonio Voblat, Parisio Mandrie, Vuillelmeti Resetto, Muriseto de Miligono, Iohannino de Caulo, Michaele Bataglono, Petro Paz eo quia reduxerunt duos Tuchinos et ipsos conduxerunt per vallem, xxvi fl., i quart. b. p.

A Iohanne Perinii, Girardo Peronino pictori, Michaele Biliquidet, Petro Quarello, Iacobo Intarant, Perono de Bulon, pro eodem et eadem causa, xviii fl. b. p.

A Michaele Milet et Bertholeto None pro eodem et eadem causa, iii fl. b. p.

A . . . . . pro eodem et eadem causa, ii Ian.

(*Castell. di Bard*, Mazzo 8).

A Iacobo, filio Peroneti Iohanne de Campoporcherio, quia inculpabatur certa victualia tradidisse Tuchinis de Valle Soana ultra cridas Domini, x fl. b. p.

A Petro de Iacob de Valesia, quia quosdam pellerinos de Vercellis, per ipsum in quodam itinere publico subtus Motillenos Caresme repertos arrestavit et secum ad locum de Peilo duxit et arrestatos detinuit, quia ipsos credebat esse malefactores, xi fl. b. p. et quart.

38. — Processo contro Simone Forneri di Settimo.

(*Castell. di Aosta e Bard*).

Ad meas [baillivi Auguste] et procuratoris Vallis Auguste expensas, factas apud Bardum pro faciendo processum de mandato Domini contra Symonem Fornerium de Septimo, ibi carceratum, x fl. v d. gross.

Pro execucione facienda de dicto Symone Fornerii, detempto in castro....pro eo quia inculpabatur fuisse de comictiva et sequacibus rebellorum Tuchinorum Canapicii et plura alia delicta perpetrasse, qui die tercia Iullii dictus Symon fuit finaliter condempnatus suspendi ad furchas et dictam suam sententiam ad execucionis effectum ipsa die fieri demandavit, inclusis etc., xxiii franc. auri.

Pro vivallia dicti Symonis carceribus mancipati, detenti [in castro Bardi] spacio quatuordecim mensium finitorum die quarta mensis

Iulii anno mccclxxxviii certis ex causis statum et honorem Domini tangentibus, xvii s., vi d. g.

39. — Altre condanne.

(*Castell. di Bard*, Mazzo 9).

In et pro construcione unius cepi de novo constructi in castro Bardi pro incarcerandis Tuchinis et malefactoribus....

Libravit tribus sociis qui custodierunt per spacium sex dierum nocteque ne dictus Iaquetus de Ferreria (1) non recederet quod non sciretur, [et] quatuor custodibus qui ipsum custodierunt in burgo Bardi quatuor diebus et quatuor noctibus, qui non valebat ire ad castrum quia erat vulneratus; Bartholomeo qui ipsum mederi fecit; pro vivallia predicti Iaqueti, videlicet pro xix diebus, et pro una custodia quam sibi tenebat de pluri; qui Jaquetus fuit rabellatus et suspensus apud Bardum. In una cathena ad suspendendum dictum Iaquetum, et lanistori sive carnacerio qui eum suspendit, tam pro pastu, quam pro labore...,xvii fl. vii d. ob. pos.

Pro aducendo sex tuchinos, sive carceratos, videlicet Martinum bastardum de Chailo, Franciscum dictum Malacarnem, dictum Volla de Castro Novo, Iohannem de Rua, Martinum filium Petri de la Plati, Iaquemetum dictum Oysel, et pro reducendo dictum Malacarnem de castro Bardi ad castrum Yporrigie, et die xix pro revertendo dictos Tuchinos seu carceratos, inclusis expensis quondam Francisci Malacarne exequuti, xi fl. auri p. p.

(1) Il mandato « capiendi et detinendi » fu spiccato dal Conte, personalmente, con ordine dato da Ivrea l'ultimo giorno di febbraio 1391.

(*Castell. di Gassino*, Rot. 35).

Libravit ad expensas sui ipsius [castellani], factas in Montecalerio cum duobus equis et uno famulo de mense octobris, ubi fuit ad Dominam matrem Domini, sibi nottificando capcionem Guillelmi Morterii, prodictoris Domini, xxxi s.

Pro custodia Guillelmi Morterii, de Taurino, rebellis Domini, capti per homines Gaxini in et supra finibus dicti loci, a die xxiiii inclusive mensis octobris anno Domini millesimo ccc octuagesimonono, qua die fuit captus et dicto castellano expeditus, usque ad diem duodecimam inclusive mensis marcii anno Domini mcccnonagesimo; qua die fuit expeditus apud Sanctum Maurum prope Taurinum, inclusis etc., et qui Guillelmus postmodum fuit ductus et remissus apud Baenas, ubi magis delinquerat et offenderat currendo ibidem cum adversariis Domini, sicut fertur, in quo loco fuit suspensus per gulam....

Nigro Rabico, misso Pinerolium ad dominum Iohannem de Braida et Consilium Domini, occasione dicti Vuillelmi Morterii, capti in Ga-

xino, quem dominus marchio Montisferrati sibi remicti petebat, xiii s. vien.

Ad expensis sui ipsius castellani cum quatuor equis et tribus famulis, Rogerii de Cervignasco et eius nepotis et duodecim clientum de Gaxino, factas Thaurini die xxv mensis Augusti anno Domini millesimo ccc nonagesimo primo, ubi fuerunt ex ordinacione et mandato Domini captum dictum Gratonum de terra dominorum de Sancto Martino in Cañapicio, qui detemptus erat in Thaurino propter maleficia per eum perpetrata, et maxime quia in quadam cursa facta dudum apud Gaxinum per Tuchinos interfuit et partem suam prede capi ibidem in dicta cursa habuisse fuit confessus,...qui [Gratonus] finaliter ad furchas in loco iusticie Gaxini fuit suspensus per gulam....

(*Conti dell'Hotel*, Vol. 74).

Recepit a Iaquemino Canturini, de Esparono, eo quia nonnulla crimina, maleficia et delicta inculpabatur comisisse contra maiestatem illustris domini nostri comitis Sabaudie, c fl. duc.

Recepit ab Oberto Baroncelli, de Corgniaco, pro eadem causa, c fl. duc.

A Iohanne Velor, de Ponte, pro eadem causa, lx fl. duc.

A Iohanne filio Girodi, de Arnet, pro eadem causa, xxx fl. duc.

A Ruffineto Gueyron, pro eadem [*causa*], xl fl. duc.

A Matheo de Ambrosio, de Corgnaco, vi$^{M}$iii$^{c}$xxxiii fl. iiii d. g. ad xiii d. ob gross.

A Petro Perrucha, de Fraxineto, lx fl. d.

A Francisco Glisolano, pro eo quia inculpabatur iuras et ligas et rebelliones fecisse contra dominum nostrum Comitem, et nonnullas alias offensas commisisse, xl fl. d.

A Iacobo Tullia, pro eodem, c fl. duc.

A Iohanne de Silvescho, de Corgniaco, Nycolao et Dominico eius filiis, pro eo quia inculpabatur nonnulla crimina maleficia et delicta commisisse contra dominum nostrum Comitem, eius statum et honorem, v$^{c}$ iiii$^{xx}$iii fl. iiii d. gr. b. p. ad xiii d. ob. gr.

A Iacobo de Millia, alias Vuy de Corgniaco, xxx fl. duc.

A Petro Robella, de Pertusio, xii fl. duc.

Ab Anthonio Galliani, de Corgniaco, tam manu Bartholomei de Camagnia, burgensis Avillanie, quam pro precio rerum et bonorum ipsius Anthonii, donatorum per dominum Guionem Provane, iii$^{M}$viii$^{c}$ fl. auri b. p. ad racionem xiii deb. gross. pro quolibet, de duobus millibus tricentis triginta tribus fl. et iiii d. gr. ad racionem predictam, ad quas composuit cum prefato Domino nostro occaxione rebellionis et tuchinarie facte per ipsum cum aliis de Corgiaco contra prefatum Dominum nostrum, iii$^{M}$viii$^{c}$ fl. b. p.

A Manfredo et Iacobino de Fabrica, fratribus, pro sigillo lictere quictationis sibi facte per Dominum de omnibus offensis per eos factis tempore prestiti, pro quibus composuerunt cum Domino ad cl fl. b. p.

Ab Henrico de Ripparolio ex comitibus Sancti Martini, pro precio rerum et bonororum mobilium et immobilium Ferrandi de Raynerio, de Ponte, siti in loco et districtu Ponti, eidem venditis, cx fl. duc.

Litera domino Rodulpho de Cruce, militi, castellano Yporrigie, in quibus Dominus sibi tenebatur pro vivallia Francisci Malacarne et Iacobi de Perrina de Salacia, Tuchinorum, qui fuerunt suspensi, vi fl., iiii d., ob gross.

Litera eidem domino Rodulpho pro expensis factis per Anthonium de Beynascho, incarceratum in Castro Yporrigie, remissum castellano Verruce puniendum, xi fl.

(*Castell. d'Ivrea*, Rot. 31).

Pro expensis Reynerii, Alberti et Iohannis Galeani, de Corniaco, factis in castro Yporrigie, inceptis die prima inclusive mensis Iulii anno Domini millesimo ccc nonagesimoprimo et finitis die xi exclusive mensis Augusti, et [pro eos] ducendo de Yporregia apud castrum Avillanie, xliii fl.

Iohanni Chami, silurgico Domini, pro suis stipendis, labore et salario eiusdem cum et visitationis per ipsum factarum in persona Comini de Mediolano, dudum vulnerati duabus vulneribus et detenti in carceribus dicti castri Yporrigie, vi fl. auri p. p.

Petro Baroncelli, hospiti Yporrigie, pro certis expensis factis eius domo per Petrum Fichon, Iohannem Blancheti, Iohannem Castaign, Petrum de Facis, Iacobum de Perina, Iacobum Coparium et Anselmum Toillat de Corgniaco et vallibus, duobus diebus de anno nonagesimo, et quorum Dominus habuit eorum bona et fuerunt laqueo suspensi propter Tuchinagium, vi fl. p. p.

(*Conti Hotel*, Vol. 74).

A Iohanne Championo dicto de Aleo et Martino Vitono, burgense Avillanie, pro precio unius domus site in Cornato, que fuit Petri Troncatini alias Fichon, rebellis Domini, eisdem vendite pro tanto, iicxxv fl. p. p.

40. — Composizione fatta coi conti di Masino.

(*Cast. di Rivoli*, Rot. 71).

Pro I fl. auri p. p. ad racionem trigintaduorum sol. vienn. pro quolibet floreno, habito et recepto pro expensis magni Iohannis et Oddonini ex comitibus Masini, detentorum et arrestatorum personaliter in loco Rippolarum.

(*Conti Hotel*, Vol. 74).

Recepit a magno Iohanne, Oddonino, Iacobo et Bartholomeo de Maxino, fratribus, eo quia inculpabantur per inquisiciones formatas contra ipsos concertaxe et concordaxe plures tam suos quam alienos bampnitos in terra sua quam a prefato domino nostro tenent; item et Amedeum dictum Guillot de Maxino, consortem ipsorum, cepisse de facto infra castrum Maxini, firmis et duris carceribus mancipasse, ipsumque questionibus et tormentis de facto posuisse, propter que in carcere expiravit; pluraque alia maleficia comixisse; pro quibus composuerunt cum Domino, m. fl. duc. ad xv d. ob. g.

Recepit a Martino et Marcho, fratribus de Maxino, [pro eodem et eadem causa], m. fl. duc. ad xv d. ob. gross.

41. — Composizioni colle comunità ribelli.

Recepit ab hominibus et Comunitatibus villarum et locorum vallis Brozii in Canapicio, de mille fl. auri ducati ad quos composuerunt cum prefato domino nostro Comite pro eo quia inculpabantur castra et domus de Brozio, de Cly, de Leczollo, Strambinello, castra Montisastructi, Arondelli, Lorenczadii et Castrimontis, semel et pluries hostiliter invaxisse, intrasse, diruisse et depredasse; de bonis in dictis castris repertis secumque reportasse et in suos usus convertisse, Iohannemque de Montalengiis cepisse, tormentis supposuisse, taliter quod expiravit; necnon Margaritam de Montalengiis cepisse, vulnerasse et alias taliter male tractasse quod expiravit, exindeque quamdam nobilem mulierem de genti nobilium Castrimontis cepisse, et contra eius voluntatem maletractasse, aliaque plura et diversa maleficia et crimina perpetrasse, unde habent literam quictationis Domini, exceptis perpetratoribus dictorum omicidiorum et violatoribus dicte mulieris.... Ab hominibus et comunitatibus villarum et locorum Vallis de Cly, de mille fl. auri ducatis etc.... pro eodem et eadem causa....

Recepit ab hominibus et Comunitatibus et singularibus personis Vallis Soane et districtus, de mille ducentis et septuagintaquinque fl. auri duc. pro eo quia inculpabantur nonnulla crimina, maleficia, excessus et delicta contra prefatum dominum nostrum Comitem eiusque statum et honorem comisisse.

Ab hominibus, Comunitate et singularibus personis de Pertusio, pro eodem, IIII^xII fl. duc.

Ab hominibus, Comunitate et singularibus personis Camagnie, pro eodem, xlv fl. duc.

Ab hominibus, Comunitatibus et singularibus personis locorum et villarum vallis Castrinovi, pertinenciarum et districtus, de duobus millibus septingentis quinquaginta fl. aur., pro eodem

Ab hominibus, Comunitate et singularibus personis Cirisiolarum, de quater centum viginti fl. aur. duc.

Ab hominibus et Comunitate et singularibus personis de Canisculo, pro eodem, IIIc fl. duc.

Ab hominibus, Comunitate et singularibus personis de Corniaco, pro eodem, MVc fl. duc.

Ab hominibus et Comunitate Salacie, pro eodem, IIc fl. p. p.

Ab hominibus et Comunitate de Esparono in valle Pontis, de sexcentum quinquaginta fl. duc....

Ab hominibus et Comunitate Ribordonis in valle Pontis, de quatercentum fl. duc., pro eodem....

Ab hominibus et Comunitate Prati Scorczani, pro eodem, C IIIIxx fl. duc.

Ab hominibus et Comunitate de Pradilliono, IIc fl. duc.

Ab hominibus et Comunitate de Camcolumbano (*sic*), C IIIIxx fl. duc.

Ab hominibus et Comunitate de Lucana vallis Pontis, olim rebellibus domini nostri Comitis, de mille sexcentis et septuagintaquinque fl. auri ducatus ad quos composuerant pro rebellione, maleficiis et excessibus per eosdem contra Dominum nostrum et eius maiestatem perpetratis....

Ab hominibus et Comunitate de Novascha in valle Pontis, de quatercentum et viginti quinque fl. auri duc. causa predicta....

Ab hominibus et Comunitatibus de Ponte et Fraxineto in valle Pontis, de mille centum triginta quinque fl. duc. causa predicta....

Ab hominibus et singularibus personis Burgari Maxini, MVc fl. duc. auri.

Ab hominibus et Comunitate Castrimontis, pro eo quia inculpabantur iuras, conventiculas illicitas et nonnulla alia crimina commixisse, VIc fl. Ian.

Ab hominibus, Comunitate et singularibus personis loci Bayrii (de) Turreque, eo quia inculpabantur iuras, conventiculas illicitas et rebelliones fecisse, castrum Strambinelli cum armis invaxisse et predasse, et nonnulla alia crimina commixisse, IIc l. fl.

Ab hominibus et Comunitate Tine, pro eo quia inculpabantur prohibuisse ingressum loci Tine certis gentibus armigeris dicti domini nostri Comitis, et aliquos ex ipsis cepisse et alia commixisse, XXVIII fl. duc.

Ab hominibus et Comunitate Vistigniaci Comitatus Maxini, pro eo quia inculpabantur reduxisse inimicos Domini nostri temporis guerre, et nonnulla alia crimina commixisse, III fl. Ian.

Ab hominibns et Comunitate Maxini, pro eo quia inculpabatur nonnulla crimina, excessus, maleficia et rebelliones commixisse, C fl. duc.

Ab hominibus et Comunitate Coxani comitatus Maxini, pro eodem, c fl. duc.

Ab hominibus et Comunitate Ponti et Barbanie, pro eodem, IIIIxx fl. duc.

Ab hominibus et Comunitate Turris in Canapicio, VIxx fl. duc.

Ab hominibus et Comunitate Baldisseti in Canapicio, lv fl. Ian.

Ab hominibus et Comunitate de plagnia (1) pro sigillo lictere quictacionis sibi facta per Dominum de offensis per eos factis tempore Tuchinarie, x fl.

Ab hominibus et Comunitate Ripollarum, quia inculpabantur Mercurinum et Aniquinum, familiares domini Capitanei Pedemontis, invaxisse, morti tradere voluisse, et multa alia fecisse in contemptum dicti Domini nostri et eius curie, III fl. b. p.

Libravit Iohanni domino Turris ex Comitibus Sancti Martini, quos Domina nostra [per literam datam Chamberiaci, die III mensis maii anno Domini mccclxxxxII] donavit graciose de et super parte contingente hominibus ipsius Iohannis de composicione facta per comune [*et*] homines vallis Castrinovi occasione tuchinarie, xxx fl. duc.

(1) Della pianura.

42. — Soggiorno del conte di Savoia in Ivrea. Donativi.

(*Conti dell'Hotel*, Vol. 74).

Recepit a Comunitate et hominibus Civitatis Yporrigie pro dono per eos novissime concesso domino nostro Comiti graciose, VIc fl. b. p.

Recepit ab hominibus et Comunitatibus Lancei, Vallis et tocius Castellanie pro dono per ipsas Comunitates dominabus nostris Comitissis maiori et iuniori, IIIc fl. b. p.

Ab hominibus et Comunitate Ciriaci, cl. fl. b. p.

[Ab hominibus et Comunitate] Casellarum, IIIIxx fl. b. p.

Ab hominibus et Comunitate Chanusci, xv fl. b. p.

Ab hominibus Castellate S.ti Maurici et Caprarum et aliis suis consortibus, vc fl.

Ab hominibus et Comunitate Rippayrolii, l fl.

Ab hominibus et Comunitate Balangerii et tocius castellate, VIIxx fl. b. p. etc.

43. — Chiamata dei nobili piemontesi in Ivrea.

(*Conti Hotel*, Vol. 74).

Libravit dictis die, anno et loco [Rippaillie, x augusti 1390] Iohanni Doublet, misso ad partes Pedemoncium cum literis mandamenti Domini missis Comunitatibus Pedemoncium pro cavalcatis, et pluribus aliis literis directis nobilibus et burgensibus patrie Pedemoncium, qui mandabantur venire Yporrigiam....

44. — Arrivo e soggiorno in Ivrea.

Die mercurii decimaseptima mensis augusti fuit illustris princeps dominus noster dominus Amedeus Sabaudie comes in prandio apud Martigniacum cum eius gentibus et familia; presentibus dominis Octhone de Grandissono, Montisioveti, Guillelmi de Staveyaco, Iohanne Bonvalet eius socio, Iohanne de Conflens, Aymone de Compesio et decano Filliaci, sumptibus comunitatis ville Martigniaci, et sero apud Burgum Sancti Petri Montisiovis, presentibus etc.

Die Iovis sequente decimaoctava augusti fuit dominus in prandio in burgo S.ti Romegii Montisiovis cum eius gentibus et familia, [*et*] dicta die sero fuit prefatus Dominus in Augusta, presente domino episcopo Mauriane, episcopo Auguste, Octhone de Grandissono, Iohanne de Corgerono, Guillelmo de Staveyaco, Aymone de Compesio, Petro de Voseyriaco, Iohanne de Vallesia et Iohanne de Camera.

45. — Sale provvisto dal Vescovo d'Aosta.

Sale nihil, quia, adveniente domino nostro Comite in civitate Augusta et eodem ibi dormiente de sero, Episcopus Auguste debet solvere sal quod dictum Dominum expendere contingit.

46. — Partenza da Aosta.

Die sabbati sequenti vicesima mensis Augusti fuit dominus noster Sabaudie comes in prandio Auguste sumptibus suis propriis, et sero apud Montemioveti sumptibus domini Ybleti domini dicti loci Montisioveti, excepta forgia; presentibus in prandio dominis episcopo Mauriane, Otthone de Grandissono, Aymone de Compesio, et Sancti Mauricii.

Die dominica vigesimaprima fuit Dominus in prandio apud Verrecium sumptibus domini Ybleti Montisioveti, excepta forgia, et sero apud Bardum.

Die lune vicesimasecunda fuit Dominus in prandio apud Bardum, et sero apud Septimum Victonum.

Die martis sequente vicesimatercia mensis augusti fuit Dominus tota die Yporrigie; presentibus dominis episcopo Maurianne, Octhone de Grandissono, Aymaro de Claromonte, Humberto de Sabaudia, Amedeo de Maletis, Amedeo de Bellovidere, Stephano de Balma, Sancti Mauricii, Anthonio de Chignino, Aymone de Compesio, Petro de Voseyriaco, Iohanne de Staveyaco, Gerardo de Staveyaco et pluribus aliis.

Libravit ad expensas trium manderiorum, seu famulorum curie, qui iverunt per villagia ad nunciandum eis quod pullos, ligna et alia victualia apportarent Yporrigiam pro hospicio et adventu Domini.

47. — Avena pei cavalli del Conte somministrata dai Comuni.

xxxxvii sestariatas avene datas Domino per Comunitatem et homines de Strambino.

xxi sestariatas et un quarteronum per Comunitatem et homines Septimi Rovearii.

vii sestariatas et un quarteronum per homines et Comunitatem Piveroni.

xiii sestariatas avene per homines et Comunitatem Magnani.

xxiiii sestariatas avene per homines et Comunitatem Scarmagni.

xxi sestariatas avene per homines et Comunitatem Vistigniaci.

xxxii sestariatas avene per homines et Comunitatem Burgi Maxini.

48. — Il principe d'Acaia ad Ivrea.

Die veneris sequente vicesima sexta mensis augusti fuit Dominus tota die Yporrigie, presentibus dominis episcopo Morriane, principe Achaye, Octhone de Grandissone, Humberto de Sabaudia, Amedeo de Maletis, Aymaro de Claromonte, Iohanne de Corgerone, de Fromentes, Stephano de Balma, Aymone de Compesio, Anthonio de Chignino, Iohanne de Verneto, Guillelmo de Veriono, Ludovico d'Estres, Amedeo de Bellovidere, Anthonio de Claromonte, Petro de Verdone, Iohanne de Camera, Montagniaci, Petro de Voseyriaco, Girardo et Iohanne de Staveyaco, Petro d'Arlay, Guidone de Veranis, Intramoncium, et pluribus aliis, tam nobilibus, quam extraneis.

Die lune quinta mensis septembris fuit Dominus tota die Yporrigie presentibus etc. plus Iohanne de Vallesia, et in cena dominabus et pluribus civitatis Yporrigie.

49. — Moresca (1) danzata in Castello.

Dicta die [v septembris] et loco [Yporrigie] pro sonaliis pro Domino ad faciendum *la Morescha* cum dominabus Yporrigie que cenaverunt cum eo.

(1) *La Moresca* era una danza molto in voga verso la fine del secolo XIV. Ben precisamente non risulta in che cosa essa consistesse: sembra però che essa fosse di carattere orientale, e si ballasse indifferentemente da uno o più individui, ed anche da fanciulli.

50. — Regalo ai sarti.

Die martis sequente sexta septembris fuit dominus tota die Yporrigie, presentibus etc. et plus domino Alexandro Asinerii, minus autem dominabus Yporrigie.

Die Iovis sequente octava septembris fuit Dominus toto die Yporrigie, presentibus etc. magis autem domino principe Achaye pluribusque aliis nobilibus et personis.

Libravit dicto die [v septembris] et loco [Yporrigie] relacione domini Anthonii de Chignino sartoribus Yporrigie dono sibi facto per Dominum in festo sancti Alberti quod dicta die celebratur.

51. — Viaggio a Milano.

Die martis decimatercia septembris fuit Dominus in prandio apud Yporrigiam, et sero apud Sanctam Agatham (1); presentibus in prandio etc. et sero dominis episcopo Mauriane, Aymaro de Claromonte, Otthone de Grandissono, Vercellino Vicecomite Mediolani et Hugonino Cavalcabò ambassiatoribus domini comitis Virtutum, Montisioveti, Fromentes, Stephano de Balma, Iohanne de Corgerone, Guillelmo de Steveyaco, Iohanne de Valesia, Ludovico Destres, Girardo de Cusi, Iohanne de Staveyaco, Anthonio de Claromonte, Aymone de Compesio, Humberto de Sabaudia, Amedeo de Muletis, Iohanne de Camera, Iacobo de Villeta, Petro de Veseyriaco, Glaudo de Montemaiori, Petro de Verdone, Rodulpho de Cruce, Anthonio de Chignino, etc.

Ad expensas dominorum Vercellini Vicecomitis et Hugonini Cavalcabò, militum, ambassiatorum domini comitis Virtutum, missorum ad Dominum, factis in Sancta Agatha die presenti [*13 settembre*], in domo Aymaroti Crava, hospitis, cum quatuordecim equis et totidem personis....

(1) Santhià.

52. — Ritorno del Conte da Milano.

Die iovis vicesimanona mensis septembris fuit Dominus tota die in Sancta Agatha, presentibus etc.

Die veneris sequenti ultima septembris fuit Dominus tota die Yporrigie.

53. — Venuta delle Contesse in Ivrea.

Die mercurii quinta octobris fuit Dominus in prandio apud Yporrigiam, et post prandium recessit apud Augustam ad dominas nostras Sabaudie comitissas, tinello in Yporrigia remanente.

Die veneris vicesimaoctava dicto mensis octobris sero venerunt domine nostre Comitisse et Dominus noster in Ypporigiam.

54. — Alberghi d'Ivrea dove furono alloggiati i cavalli.

Gabini, hospitis ad signum *Campane*, Petri Baroncelli ad signum *Crucis Albe*, Bertolomei Capre, ad signum *Angelli*.

55. — Arrivo del duca di Borbone.

Libravit dictis die [29 octobris] et loco [Ypporrigie] Anthonio trompete Domini et Jaquemino trompete domini Capitanei Pedemoncium,

missis de Yporrigia, uno per Clavasium, alteri per Taurinum, oviam domino duci Borboni venienti de Ianua....

56. — Soggiorno del Conte e del duca di Borbone in Santhià.

Die Iovis sequente tercia novembris fuit Dominus tota die in Sancta Agatha, presentibus dominis duce Borbonii, comite d'Areton, Cuciaci, principe Achaie, Carolo d'Albret, Iohanne de Boemia, Admirato Francie, de l'Espinace, Iohanne de Roy, Boucicaudo, Iohanne de Trie, le Luavestino, le Baveux, Francisco d'Autrechicourt, Guillelmo de la Pierra, Philiberto de Dagonie, Philippo Clopart, le Borgne de Beanti, de Lestonoys, Ludovico de Gant, Stephano de Norns, Guidone de Borbonio, Iohanne de Beauchamps, Octhone Alamano, Hueto Bornello, Roberto de Truz, eques Iohanne Dorgeti, Ludovico de Meurleux, Iohanne de Anget, Bornio de Laheux de Fresville, Richardo de Boufresnil, Iohanne de Raye, Tristano de Raye, Gauterio de Couciaco, Iohanne de Loques, Iohanne de Hospitali, Iohanne de Nar, Gautier de Respe, Guillelmo de Gournay, Iohanne de Miramont, Montisioveti, Fromentes, Iohanne de Corgerone, Stephano de Balma, Guillelmo de Staveyaco, Amedeo de Chalant, Iohanne de Valesia, Petro de Voseyriaco, Iohanne de Serravalle, Anthonio de Chignino, Girardo de Staveyaco, Philippo Symion, De Ferreriis, Iohanne Auspen, Iacobo Marescalli, Alexandro Asinerii, cum militibus, pluribusque aliis et iiii$^{c}$xxvi equis (1).

(1) Videlicet pro domino duce Borboni ix$^{xx}$i, domino duce Cuciaci iiii$^{xx}$iiii, domino comite d'Arecourt xl, domino Carolo d'Albret xxx, domino nostro Comite iiii$^{xx}$xi videlicet Domino xxv, domino principe Achaye xv etc.

57. — Torneo in Santhià.

Libravit die vi novembris manu Girardi de Fontana, Capitanei Sancte Agathe, Martino, page dicti Girardi, dono sibi facto per Dominum pro eo quod custodivit unum corserium Domini in Sancto Germano, datum Domino per Capitaneum Pedemoncium; qui corserius fuit die presenti mortuus in astuludiis domini Brusicaudi facti contra unum militem Anglicum in Sancta Agatha coram dominis duce Borboni et comite Sabaudie.

58. — Ritorno da Milano.

Die martis sequente xv mensis novembris fuit Dominus in sero Sancta Agatha, presentibus dominis duce Borbonii, principe Achaye, Carolo de Alebret, Guillelmo de Monteferrato, Iohanne de Vien, Admirato Francie, Carolo de Augier, Philippo Champein, Philiberto de Digoignie, Bornione de Beauce, De la Colle, Francisco de Bichicort, Iohanne de Beauchan, Aniquin Utini, Le Baroux, Guidone de Borbonio, Guillelmo de la Serra, Ludovico de Sar, Stephano de Nuvy, Despinacio, Iohanne

de Serravalle, Philippo de Collegio, Iacobo Marescalli et pluribus aliis nobilibus Francie venientibus de viagio Barbarie.

Hostellagio, seu bellechiere, ac emenda, seu restitucione expensarum, dampnorum, gravaminum, sustentorum per Anthonium de Romano, hospitem ad signum Sancti Anthonii, occasione gentium dicti domini ducis [Borbonii], qui tenuerunt domum ipsius longo tempore occupatam tam de accessu dicti domini ducis versus Mediolanum quam eius regressu.

Die mercurii sexdecima fuit dominus Sabaudie comes in prandio in Piverono.

Die sabati decimanona mensis novembris fuit Dominus in prandio in Ripparolio, presentibus dominis duce Borbonii, principe Acaye, Carolo de Aveyaco, Montisioveti capitaneo Pedemoncium et pluribus aliis.

Sabati XIX dicti mensis fuit dominus dux Borbonii sero in Ciriaco cum tota sua comitiva cum IIᶜXVI equis, gentibus Domini (1), valectis camere, cocis etc.

(1) Dominis Anthonio de Chignino, Philippo Respondy, Humberto de Altavilla, domino Sellenove, Anthonio Magnini, Ianino trompete, Anthonio de Roma, domino Petro Cappellano, domino Peyreto Mar[*escalco*], Iohanne de Molario, Francisco Danielis, Priore, Chiffelino et Conchelino menestreriis Domini, Francisco coquo domini, Petro de Montefalcone, Guifredo Rampone, Petro de Villanova, Iohanne Bonivardi, Francisco de Serravalle, Iohanne de Chignino, ditto Bot messagerio Domini, Henrico de Flecheria, Petro Ducis, Rosseto messagerio, Hugoneto Carlo, Esperon messagerio.

59. — Donativo agli scolari di grammatica.

Libravit [die XVIII dec.] Yporrigie scolaribus grammatice Yporrigie dono sibi facto per dominum pro festo beati Nicolaii, IIII fl.

60. — Convegno col marchese di Monferrato in Chivasso.

Libravit die et loco (*Ivrea, 14 gennaio*) Aniquino de Mars et Aniquino de Mastritz, falconeriis Domini, missis ad marchionem Montisferrati cum falconibus Domini....

(*Conti dell'Hotel*, Rot. 75).

Libravit Clavaxii, die XXX Ianuarii, menestreriis marchionis Montisferrati, mandato Domini proprio, pro dono sibi facto, inclusis duobus florenis datis menestrerio Alpe dicti Domini, XVII fl.

61. — Per la venuta dei duchi di Borgogna e di Torena in Piemonte.

(*Conti dell'Hotel*, Rot. 74).

Libravit de mandato Domini Esperono, messagerio Domini, misso Diuionem in Burgundia, et deinde Parisiis, de Yporregia, ad sciendum

et refferendum Domino nova de adventu dominorum ducum Burgundie et Torene....

Die dominica quinta marcii fuit Dominus in prandio in Ripparolio, presentibus dominis Octhone de Grandissono, Humberto de Sabaudia, Fromentis, Renato Ravoyre et Iohanne de Vallesia.

Die dominica quinta mensis marcii sero, lune sexta tota die et martis septima in prandio, fuit Dominus in Ciriaco.

Die martis septima fuit Dominus sero in Rippolis, presentibus domino duce Burgundie, Philippo de Bayo, principe Achaye, Guillelmo de Monteferrato, episcopo Mauriane, magistro hospicii domini ducis Burgundie et pluribus aliis militibus dicti domini ducis, Humberto de Sabaudia, domino de Fromentes, Petro Ravoyre, Iohanne de Corgerone, Iohanne de Valesia, Octhone de Grandissono, Anthonio de Chignino et Petro de Voseyriaco.

Die mercurii sequente octava marcii fuit Dominus noster tota die Rippolis, presente domino Thurenne et pluribus aliis magnatibus et militibus de comitiva dicti domini Thourenne, necnon episcopo Mauriane, Iohanne de Corgerone, Octhone de Grandissono, Fromentes, Humberto de Sabaudia et pluribus aliis militibus etc.

Die iovis nona marcii fuit dominus in prandio in Casellis et sero in Ripparolio, cum tota sua comitiva.

Die Iovis XIII aprilis fuit Dominus in prandio in Bardo, presentibus etc. et sero fuit Dominus in Sancto Vincentio sumptibus domini Ybleti domini Montisioveti, excepta camera.

Die veneris sequente XIIII fuit Dominus in prandio in civitate Augusta et sero in burgo Sancti Romegii.

Recepit a comunitate et hominibus Casellarum manu Francisci de Serravalle, scutifferi Domini, quos dicta Comunitas domino nostro Comiti dare tenetur anno quolibet semel, videlicet prima vice dicti anni qua ipsum in dicto loco applicare contingat, pro uno prandio, XX fl. b. p.

62. — Precauzioni pel passaggio degli Armagnacchi.

Libravit die XIIII mensis aprilis domino Anthonio de Chignino, militi, mandato Domini proprio misso ad partes Avillanie, Secusie et aliorum locorum domini in Pedemontium pro advisamento patrie et fortificationibus faciendis in eisdem, occasione adventus Societatis domini comitis Armagniaci transeuntis in Lombardiam....

63. — Case abbattute per le fortificazioni d'Ivrea.
*(Castell. di Cly).*

De mandato Domini, Petro filio quondam domini Martini domini Manuelis de Solerio, heredi domini Raymundi de Solerio, civis Yporrigie, iurisperiti quondam, pro extimacione domus quondam dicti domini

Raymundi, site in loco de ciuta civitatis Yporregie, cum curiis et territorio ac omnibus et singulis ediffiiciis in ea existentibus, quibus coheret a prima parte dominus Savinus et Hugoninus de Solerio, ab alia parte via publica et ab aliis partibus Anthonietus de Solerio, propter fortifficacionem castri domini Yporrigie disrute....

(*Castell. d'Ivrea*, Rot. 30).

Libravit Iohannino Ferrandi, mercatori, pro iure sibi competenti in quadam domo que fuit Ubertini filii condam magistri Guillelmi Pioti, civis Yporrigie, iacente in civitate Yporrigie apud Fontanam, cui coheret ab una parte strata publica, ab alia domus illorum de Azelio, et ab aliis ambitus sive circuitus exterior castri domini nostri comitis Sabaudie et ex causa expeditionis et deffensionis castri Domini dicti loci Yporrigie; et fuit extimata octoginta florenos, de quibus triginta dicto Ubertino, quindecim monasterio Sancti Stephani sito in dicta civitate, et residuo dicto Iohanni Ferrandi; per litteram Domini datam Rippallie die II Maii, anno Domini millesimo CCC octuagesimosexto....

64. — Dono alle monache Francescane.

Libravit Sororibus Minoretis civitatis Yporrigie, quos Domina abvia Domini eisdem graciose donavit in helemosinam pro domo ipsarum reparanda; et allocantur per litteram Domini de mandato allocandi sub ipsius indignationis pena, datam Ripaillie, die XXVIII mensis iulii anno MCCCLXXV....

65. — Suono notturno della campana della chiesa di S.ta Maria.

Libravit duobus manugleriis pulsantibus campanam beate Marie de Ypporigia pro pulsando de nocte campanam pro dicta civitate custodienda *(1388)*....

66. — Estrazione di biade per conto del Conte di Virtù (1390).

(*Castell. d'Ivrea,* Rot. 31).

Libravit pro expensis dicti Sacamand, messagerii, missi die nona maii anno millesimo tercentesimo nonagesimo ad Dominum, apud Ripailliam, ad notifficandum Domino quod comes Virtutum extrahi faciebat certam magnam quantitatem bladi de terra Domini ultramontis, et reversi de Rippalia Yporrigiam, deinde missi ab Yporrigia Ripalliam die XVIII dicti mensis anno [*eodem*], ad notifficandum Domino quod domino Bartholomeus de Chignino decesserat....

67. — Un argentiere di Ivrea.

(*Conti Hotel,* Vol. 74).

Libravit Dominico de Cathaneis, dorerio, habitanti Yporrigie, pro quatuordecim unciis et tribus octavis argenti fini.....pro garniendo

duas enses Domini in manubrio et cuspidibus et vengiis seu corrigiis earumdem [*et*] pro deaurando dictas garnisiones....,factura et operagio duarum corrigiarum seu tissutorum sirici nigri guarnitorum et argenti ad devisam Domini.....

68. — Congiura contro i Soleri e Pietro di Burolo.

(*Conti Hotel*, Vol. 74).

Recepit a Matheo Grelli de Yporrigia, pro sigillo litere quictationis de certis ligis et Iuris per eum factis cum nonnullis de Yporrigia, et certis aliis offensis per eum commissis contra illos de Solerio de Yporrigia et Petrum de Buyrolio, pro quibus composuit cum Domino [*1391*]....

69. — Carri d'artiglieria portati in Ivrea.

(*Castell. d'Aosta*, Mazzo 15).

Libravit Iohanni de Legio, magistro carpentario Domini, pro expensis et salario octo hominum et octo equorum portancium a villa Sancti Remigii in valle Augusta usque ad castrum Yporrigie rotas quatuor curruum per dictum magistrum factorum pro facto guerrarum Domini [*1390*]....

70. — Giuoco del pallone.

(*Conti dell'Hotel*, Vol. 74).

Libravit [die xiii septembris, Yporrigie], Iohanni de Leodio pro tribus chinoniis postibus et clavis implicatis per eum in uno tecto facto in plano Blancheti pro ludendo ad pilam....

71. — Presa di possesso di Courgnè e Valli per i conti di San Martino e Valperga.

Ad expensas dominorum Sancti Mauricii [*et*] Ieronimi Ballardi, consiliariorum domini; Aymoneti Rigaudi et sui ipsius Petri Ducis, factas Ripparolii et Corgniaci diebus vi et vii dicti mensis maii [*1391*] cum decem equis, quia dominus Ieronimus iam precesserat versus Cargnanum, pro ponendo Dominum et comites Sancti Martini et Valpergie in possessionem Corgnati et Vallium....

72. — Uccisione del parroco di Strambino.

(*Conti dei Principi d'Acaia*, Rot. 45).

Ad expensas Iohannis de Lompnis, cum uno famulo et duobus equis, eundo Yporrigiam ad dominas comitissas Sabaudie pro sciendo bonum statum domini Comitis existentis ultramontes et excusando Domino de morte presbiteri Extrambini, interfecti Domino in Extrambino existente et insciente; ad que vacavit septem diebus finitis die penultima aprilis [*1391*]....

### 73. — Eccessi di un giudice di Ivrea.

(*Conti del Tes. Gen. di Savoia,* Vol. 38).

Recepit a domino Matheo Pinolii, licentiato in legibus, pro quadam composicione facta cum Domina, super eo quia dictus Matheus, dum erat iudex Yporrigie, inculpabatur menia civitatis Yporrigie fregisse de nocte, multasque personas dicte civitatis et aliunde sine iustis causis ad torturas posuisse, maxime Petrum de Burolio et Savinum de Solerio; post, muros castri Yporrigie disrui fecisse, multaque alia crimina et offensas perpetrasse....

### 74. — Furto di libri di medicina.

(*Castell. d'Ivrea,* Rot. 31).

Recepit a Thoma de Stria, civi Yporrigie, quia promiserat rappresentare dictum Sadoc domini Potestati, qui inculpabatur quosdam libros medicine cuidam medico domini de Mantua furtive cepisse et qui Sadoc propta hoc fugam arripuit [*1390*], xviii fl. dim. b. p.

### 75. — Supplizio di una donna in Ivrea (1392).

Libravit magistro Petro de Sancto Georgio, laniste, pro execucione per ipsum facta in persona Ottine, uxoris quondam Eymini de Leona, habitantis Yporrigie, quae suis exigentibus demeritis fuit igne concremata, pro eo maxime quia inculpabatur dictum Eyminum eius virum intossicasse et morti tradidisse, iiii fl. b. p.

### 76. — Un negoziante di armi ad Ivrea.

(*Conti dell'Hotel,* Vol. 74).

Libravit de mandato Domini proprio, die xxiiii mensis iunii [anno mccclxxxxi] Iacobo de Placia, civi Yporrigie, pro una ballista ianuensi per eum expedita Domino, iiii fl. ian.

Dicta die et loco, manu Iacobi de Placio, pro tela empta ad insolvendum et legandum artillierias Domini, xii d. g.

### 77. — Un malfattore nel Canavese.

(*Castell. di Bard,* Mazzo 9).

Ad expensas Andree Iacobini de Iordano et plurium aliorum hominum mandamenti Bardi factas pluribus et diversis diebus quibus vacaverunt, aliquociens quinquaginta ex ipsis hominibus, aliquando plus, et quandoque minus, in persequendo Iohannem de Peterlino, qui plures robarias et multa mala perpetraverat et perpetrabat in mandamento Bardi, videlicet per dictum mandamentum Bardi et usque Alladium in Canapicio, ubi fuit captus et postmodum fuit apud Bardum remissus, ubi fuit, eius demeritis exigentibus, laqueo suspensus....

78. — Multe per alcuni reati.

(*Castell. d'Ivrea*, Rott. 30-31).

A Iacobo filio Bertholini Carayse, de Magnano, quia violenter arripuit de manu Iohannis Becherii, clerici domini episcopi pergamensis, certas literas papales, iii fl.

A Bertino Canaverio de Florano, quia dimixit ludere ad azardum in eius domo contra formam capitulorum, x s.

A pluribus personis habitantibus Yporrigie, quia clamabant charaviari contra uxorem Toschini, famuli francisci de Blava, apud banchum dicte Francesie, iii fl.

De bonis Taurini de Laurenzadio, quia inculpabatur per uxorem Taurini de Burgaro tenere et habere toxicum rixagati in uno potaficulo cum vino mixto, causa dandi potum dicte uxori ipsius et filiis suis ut morirentur, et fugam arripuit, x fl.

Recepit a Stephano basterio, quia dixit Bartholomeo de Montecaprello latro ribalde, v sol.

Recepit a Iacobino de Alixeta, quia dixit Iohanni Taliendo quod erat modicus legalis, v sol.

Recepit a Polino de Varexio, quia fecit clamare Anthonium patrem ipsius foras foras, xxx sol.

Recepit a Iohanne Ferrario, quia dixit Petro Loge quod erat dignus furchis, v sol.

Ab Anthonio Valbuxera, Eusebio de Strata, Ansermo Tempio, Iohanne Mora, consulibus Bolengi, nomine comunitatis Bolengi, pro quodam rumore habito inter ipsos in ipsorum vicinencia, xvi fl.

Recepit a Iohanne de Breglio, Cristophoro de Quinto, Martino Ferrario, Philippo de Forand, consulibus Burgifranchi, quia fieri fecerunt certas cridas et precepta sine licentia, vi fl.

Recepit a Iacopo, filio Theodoli Zavaterii, et ab Anthonio filio Berardini Deandreis, qui intraverunt in uno orto Anthonii de Vercellis cum retis ad capiendum columbos, xxv fl.

79. — Barconi per Verrua fatti ad Ivrea (1387).

(*Castell. d'Ivrea*, Rot. 30).

Et qu'il a baillie a Aymonet de Fernay et a Anthoine Magnin comme a Millionget Devoria pour le fait et ouvrages des galions, li quels furent a Verrue mene parsus le Po, ii^c duc.

PARTE SECONDA.

# IMPRESE DI FACINO CANE

---

80. — Esploratori e Messi.

(*Castell. d'Ivrea*, Rot. 31).

Libravit Anthonieto de Follieto, habitatori Ypporrigie, misso de mense novembri [*1391*] apud Cartoex, ad perquirendum et se informandum de convenio Facini de Canibus, qui dicebatur venire offensum super terratorio domini, et qui Anthonius propter hoc in dicto loco fuit captus et redempcionem fecit de quatuor fl. ducatis....

Libravit Braserio, pagio, misso die xvi novembris anno Domini millesimo trecentesimo nonagesimo primo ab Yporrigia Ripalliam cum literis domini Iacobi ad notifficandum quod Facinus de Canibus debebat venire offensum super territorio Domini nostri....

81. — Presidio a Verrua.

Libravit quos dominus Iacobus libravit Girardo de Cresto, castellano Verruce,...pro frunisione castri Domini Verruce, videlicet in empcione quinquaginta sestariorum siliginis ad mensuram Sancti Germani quolibet sest. iii den. gr. Item quinque fl. p. p. traditis quatuor balisteriis de Bugella, qui steterunt in castro Verruce, quilibet ipsorum quindecim diebus, propter quedam nova que occurrebant in partibus Pedemontium.

82. — Provedimenti a Rivoli e nel bailivato d'Avigliana.

(*Castell. di Rivoli*, Rot. 75.

Libravit ad expensas Phebus Provane, missi per Dominum ad universa loca totius baillivatus Avillanie, factas in Rippolis pro visitacione villarum et fortalicium dicti Baillivatus, ne loca aliqua per hostes scale ministerio furtive valerent, et insuper portas villarum omnium facere diligentissime custodire, taliter quod nullus incognitus portam intraret, quin de causa sui transitus mera veritas haberetur ed in officiariorum manibus et potencia produceretur....

83. — Munizioni pel castello di Balangero.

(*Castell. di Rivoli*, Rot. 78).

Libravit domino Antonio de Chignino, militi et castellano Bellen-

gerii, cui Domina administratrix Domini mandavit et precepit tradi et expediri totam quantitatem siliginis dicti loci et castellanie Rippollarum taxatam et extimatam eo precio et valore quibus tunc communiter vendebatur, attenta necessitate urgente reparacionis et fortifficacionis castri predicti Balangerii....

84. — Nomina di un ispettore dell'artiglieria.

(*Conti Tes. gen. di Savoia*, Vol. 38).

Libravit magistro Iohanni du Liege, magistro operum, maczonerie artillierie, carpentarie, ac etiam visitatori castrorum domorum ingeniorum ed aliorum artillierie Domini, tam citra quam ultra montes dudum per Dominam constituto sub salario quatuor den. gross. monete Sab. cursibilis pro die qualibet, sive sit feria, sive non....

85. — Presidio e difesa del castello di Borgomasino.

(*Castell. di Moncrivello*, Rot. 1).

Computus Iacobi de Castellanis de Sancta Agatha, civis Yporrigie, de certis libratis et expensis per dictum Iacobum nomine domini Iohannis de Corgerone, militis, per tunc baillivi Avillanie et gubernatoris terre Domini, a die xxiii decembris usque ad diem quatuordecimam mensis marcii anno subsequenti, factis in custodia, municione et conservacione castri et ville domini Burgari-Maxini, quod castrum et villam eo tunc Facinus Canis, cum maxima copia gentium armorum, tam peditum quam equitum, capere et habere nittebatur, prout per ipsorum actis (*sic*) apparebat. Et primo libravi pro stipendiis septem clientum per tempus predictum in garnisione dictorum castri et ville Burgari Maxini. — Item undecim aliis clientibus qui ibidem in garnixione et custodia steterunt. — Pluribus et diversis nunciis, exploratoribus et excutis, de mandato quo supra nomine Domini, pro maiori custodia et conservacione terre et patrie Domini ad plura et diversa loca Sabaudie comitatus, terrarum comitatus Mediolani, marchionatus Montisferrati et terre Vercellesii per plura et diversa intervalla temporis missis, tam ad scrutandum factum et intencionem gentium armorum comitive Facini Canis et aliorum inimicorum, quam exigentibus Domini notifficandis....

86. — Presidio di Piverone.

(*Castell. d'Ivrea*, Rot. 31).

Libravit Iaquemino de Gibellino, habitanti Yporrigie, pro expensis factis pro certis brigandis apud Piveyronum in domo dicti Iaquemini anno millesimo ccc lxxxxi tempore quo vastum bladorum fiebat super finibus Yporrigie, propter certa banna commissa per illos de Azelio....

87. — Guerra d'Azeglio (1).

(*Castell. di Rivoli*, Rot. 78).

Expense facte per me Iohannem de Montebello eundo ad dominum Aymonem de Sabaudia, et hoc de precepto domini Iohannis de Corgerone, gubernatoris ultra montes pro Domino nostro, in principio guerre Azelii. Die lune xviii decembris in Valpergia, die mercurii xx in Vigone, die veneris xxii in prandio apud Querium, et de sero in Montecalerio. — Solvit et libravit Anthonio de Niciis nuncio destinato versus Secusiam cum literis mandati exercitus iuxta ordinacionem domini Gubernatoris (die xx decembris). — Bartolomeo Bandito, nuncio, destinato versus Caselletas, Duryentum, Altessanum et Baratoniam ac Iovalletum. — Bartholomeo Fornerio destinato versus Sulcias, Montosolum et Bardazanum....

(1) V. doc. CCV.

88. — Missione al marchese di Monferrato.

Livrè à Iohan de Chignin pour ses depens fere tramis [*24 dicembre 1391*] par devers le marquis de Montferra a luy porter letres de part Madame, a iiii chivaux....

89. — Missione al conte di Virtù.

(*Conti dell'Hotel*, Vol. 74).

Libravit ad expensas sui ipsius Petri Ducis, factas cum duobus equis et uno famulo eundo ad partes Pedemoncium et Canapicii de mandato et ordinacione domine nostre Comitisse pro nonnullis negociis dicte Domine nostre et domini nostri comitis Sabaudie peragendis in dictis partibus, et eciam pro recuperando certas pecunias debitas dicto Domino nostro in partibus Canapicii et Vercellesii, quas tamen exigere non potuit ob impedimentum Facini Canis et sue comitive, qui invasit territorium dicti Domini nostri hostiliter; ad que vacavit lvi diebus finitis die vii ianuarii [*1392*]; inclusis sexdecim florenis cum dimidio auri ianuinis, quos libravit ad expensas sui ipsius factas cum tribus equestribus eundo mandato domini Iohannis de Corgerone, gubernatoris, de Ypporigia Papiam ad dominum comitem Virtutum occasione adventus Facini Canis et eius societatis, et offensionum datarum per eum, tam in capcione ville Cossani comitatus Maxini, quam in aliis locis et subdictis dicti Domini nostri, ut inde dictus comes Virtutum faceret eos territorium dicti domini nostri Comitis vacuare et ab offensis desistere; quibus vacavit sex diebus inclusis et datis uni guide qui dictum Petrum Ducis sociavit et conduxit equester de Bugella apud Buruncium, Blandratem, Novariam et Veglevetum....

90. — Acquisto di munizioni per la difesa contro Facino Cane.

(*Castell. d'Ivrea*, Rot. 31).

Libravit de mense Ianuarii mill.°ccclxxxxii pro precio duorum caissiarum virotonorum emptarum apud Bugellam et traditis domino Iohanni de Corgerone, militi, gubernatori citra montes per dictum dominum Iacobum, et eciam traditorum per dictum dominum Iohannem apud Vestigniacum, Piveronum, Palacium et Bolengum pluribus balisteriis pro tuicione dictorum locorum propter adventum Facini de Canibus nuper in partibus Pedemoncium et Canapicii factum....

Libravit domino Boniffacio de Chaland, marescallo Sabaudie, Yporrigie, die xxvii Iulii, pro emenda certe quantitate lancearum per ipsum mittendarum apud Piveronum pro domino Galeaz de Mantua et gentibus suis, eo quod eorum lanceas perdiderunt die viii Iulii; qua die dominus Rodulphus de Grueriis, Amedeus de Chaland, Iohannes de Vernesio, dictusque Galeaz de Mantua, comes Hugo et alie gentes Domini nostri rapti sunt ante Caravinum per Facinum Canis....

158. — Acquisto di armi segnate colla Croce Bianca.

Libravit Yporrigie, die quinta mensis augusti, domino Boniffacio de Chalant, marescallo, pro emenda certa quantitate eschioparum cum armis Domini signatarum, videlicet cum Cruce Alba, transmissarum per dictum dominum Boniffacium apud Piveronum dominis comiti Hugoni et Galeaz de Mantua pro se et eorum comitiva signandis....

159. — Il maresciallo di Savoia ferito e prigioniero.

(*Tes. della guerra*, Rot. 23).

Libravit domino Iohanni de Vernesio...,eo quia captus fuit per gentes Facini Canis die octava Iulii....

Eidem domino de Vernesio, Yporrigie, die xxvii mensis Iulii anno quo supra, traditis Hugoneto de Contamineta pro certis medicinis dicto domino Johanni mittendis ab Yporrigia apud Septimum prope Yporrigiam, in quo gravi infirmitate detemtus erat penes Facinum Canis, et pro aliis negociis dicti domini Iohannis faciendis....

(*Tes. gen. di Savoia*, Rot. 45).

Libravit domino Iohanni de Verneto, marescallo Sabaudia, in exoneracionem mille tercentum scutorum civri per Dominum dicto domino Iohanni graciose donatorum in subsidium redempcionis sue per ipsum facte ergo Facinum Canis....

160. — Distribuzione di freccie agli arcieri.

(*Tes. gen delle guerre*, Rot. 23).

Libravit Yporrigie, die xxiiii Iulii, Henrico de Columbiers, de mandato domini Boniffacii de Chalant, pro emenda certa quantitate flechiarum distribuendarum archeriis existentibus in servicio Domini....

161. — Armagnacchi condotti dal principe d'Acaia.

(*Tes. gen. di Savoia*, Vol. 43).

Domino Amedeo de Sabaudia, principi Achaye, pro solvendis et distribuendis et expediendis Armagnacensibus et aliis gentibus armorum

quos dictus dominus Princeps ducere debet in guerra domini Pedemoncium contra Facinum Canis....

162. — Rinforzi spediti, e chiamata di nuove truppe.

(*Tes. gen. di Savoia*, Rot. 45).

Le vi jour du dit moys d'oust a Guillaume Morel, tramis de part Monseigneur avec ses letres de Chamberi a certains nobles de Breysse, Faucigny, Beugé, Genevois, Savoie, Tarenthasie et Veromois pour venir au mandement de Monseigneur de deux cens lances qu'il avoit ordonne....

163. — Bombarda portata da Ivreá a Masino.

Libravit die viii augusti Sibueto Rivoyre pro faciendo portari unam bombardam ab Yporrigia apud Masinum, causa offendendi in villa de Caravino, quam tenebat Facinus Canis....

164. — Munizioni nel castello di Mazzè.

(*Tes. delle guerre*, Rot. 23).

Libravit die xvii mensis augusti anno Domini millesimo quatercentesimo Iohanni de Henrieto de Maczadio causa portandi dominis de Maczadio, de mandato domini Boniffacii de Chaland, marescalli Sabaudie, pro municione fienda in castro de Maczadio....

165. — Messo spedito a Mazzè ed a Chivasso.

(*Tes. guerre*, Rot. 23).

Libravit die secundo mensis augusti Iohanni dicto Sacamand, misso per dictum dominum Boniffacium pro negociis Domini apud Maczadium et Clavasium cum literis ipsius domini Boniffacii directis magistro Iohannis de Saulx et dominis de Maczadio....

166. — Presidio di Piverone.

(*Tes. guerre*, Rot. 23).

Libravit Nicolino, filio Baldasserii de Romano, et bastardo Coteni de Viennesio, Yporrigie, die prima septembris anno quo supra, brigandis pedes, mutuo super stipendiis suis, missis in guarnisione Piveroni per dominum Boniffacium de Chalant....

167. — Rassegna ad Aiguebelle.

(*Tes. guerre*, Rot. 23).

Librata seu mutua facta per Petrum Vicini de Confleto, clericum, secretarium et thesaurarium guerrarum illustris principis et magniffici domini domini nostri Amedei comitis Sabaudie ad partes Pedemoncium et alibi ultra montes per prefatum dominum nostrum comitem Sabaudie, sub regimine dominorum nostrorum Amedei de Sabaudia principis Achaye et Ludovici de Sabaudia eius fratris, militum, contra Facinum Canis et alios quoscumque offendentes prefatum

Dominum nostrum et eius subdictos; et que gentes fecerunt eorum monstram apud Aquambellam die prima mensis septembris anno Domini millesimo IIIIc coram prefato Petro Vicini, in absentia marescallorum Sabaudie, et que gentes fuerunt scripte apud Chamberiacum, die XXVIII augusti, in presencia prelibati domini Ludovici de Sabaudia....

168. — Uno scudiero del conte prigioniero di Facino Cane.

(*Tes. di Savoia*, Vol. 43).

Dicto Baudrey de Trangiaco, scutiffero Domini, dono sibi per Dominum facto pro redempcione eiusdem dum in guerra domini Pedemontium extitit captus et detentus; per litteram Domini, datam Chamberiaci, die VII septembris....

169. — Pagamento ad uno della banda di frà Carlo da Busca.

(*Tes. di Savoia*, Vol. 43).

Libravit Henrico Matuz, ex gentibus Iohannis de Sollogna, de hospicio fratris Caroli de Busca, mutuo super stipendiis suis, de mandato domini Boniffacii de Chaland, dato Yporrigie, die septima mensis septembris....

170. — Messi spediti al marchese di Monferrato ed a S. Giorgio.

(*Castell. di Rivoli*, Rot. 80).

Pro salariis trium nunciorum, missorum de Avillania apud Clavaxium tribus vicibus cum literis ipsius Rogerii ad prefatum dominum Marchionem pro dictis negociis; per litteram Domini, datam Chamberiaci, die VIII septembris....

(*Tes. delle guerre*, Rot. 23).

Libravit die XI septembris dicto Sacamand, misso per dictum dominum Boniffacium pro negociis Domini apud Clavasium et Sanctum Georgium cum literis ipsius domini Boniffacii....

171. — Seconda rassegna di armati in Aiguebelle.

(*Tes. delle guerre*, Rot. 23).

Librata seu mutua facta gentibus armorum missis de partibus Sabaudie ad partes Pedemoncium et alibi ultra montes per dominum nostrum dominum Amedeum comitem Sabaudie sub regimine dominorum nostrorum Amedei de Sabaudia principis Achaye et Ludovici de Sabaudia eius fratris, militum, contra Facinum Canis et alios quoscumque offendentes dominum nostrum comitem Sabaudie et eius subdictos; et que gentes fecerunt eorum monstram apud Aquambellam, die XII mensis septembris anno Domini millesimo quatercentesimo coram Petro Vicini de Confleto, clerico, thesaurario guerrarum prefati domini nostri comitis Sabaudie, presenti nobili scutiffero Petro

de Balesone ad hec speciali deputato per prefatum dominum nostrum dominum Comitem....

Milites.

Dominus Iohannes de Ferney, Percevallus filius domini Francisci de Menthon, dominus Petrus de Blonay, dominus Sancti Pauli, dominus Richardus de Monchann, Thomas de Laya, Theotonius archerius eques.

172. — Passaggio per Santhià delle truppe di Galeazzo Visconti.

(*Tes. delle guerre*, Rot. 23).

Libravit die xxviii mensis septembris, manu dicti domini Boniffacii, Yceto Groguelion et dicto Terat de Sancta Agatha, qui guidavit de nocte Aymonetum de Bruc eundo ab Yporrigia apud Sanctam Agatham causa logiandi dominum Galea[cium] de Mantua, capitaneum certarum gentium armorum domini ducis Mediolani, et inde reddeundo Yporrigiam....

173. — Presidio del castello di Mazzè.

(*Tes. delle guerre*, Rot. 23).

Libravit dictis dominis de Maczadio, de mandato proprio dicti Boniffacii, mutuo facto per ipsum dominum Boniffacium nomine domini nostri comitis Sabaudie, pro stipendiis decem clientum existencium in garnisione castri et ville de Maczadio, et de quibus idem Petrus Vicini habet literam ipsius domini Boniffacii de recepta nomine dictorum dominorum de Maczadio, datam Yporrigie, die prima mensis octobris....

174. — Messo latore di notizie spedito in Savoia.

(*Tes. delle guerre*, Rot. 23).

Eidem Guillelmo Meynerii, de mandato domini Boniffacii, per eumdem dominum Boniffacium misso ab Yporrigia ad partes Sabaudie ad dominum nostrum comitem Sabaudie, ad ipsum Dominum et eius Consilium informandum super regimine istius patrie [die vi octobris]....

175. — Messo spedito al marchese di Monferrato.

(*Tes. delle guerre*, Rot. 23).

Libravit ibidem die xi octobris dicto Sacamand, misso per dictum dominum Boniffacium pro negociis Domini, cum literis ipsius domini Boniffacii directis marchioni Montisferrati apud Albam....

176. — Missione segreta in Ivrea.

(*Tes. delle guerre*, Rot. 23).

Libravit Iaqueto, messagerio Domini, apud Augustam, die secunda mensis novembris, qui ibidem vacaverat a partibus Sabaudie causa portandi quasdam literas directas Mermeto de Casalibus ex parte Domini nostri, pro certis et secretis negociis Domini peragendis apud Yporrigiam....

177. — Presidio di Villaregia.

(*Tes. delle guerre*, Rot. 23).

Libravit Tristando bastardo de Turre, Iaquemeto Vignieto de Sancto Mauricio in Tharentasia, Petro de Lausana, Francisco de Balmis in Gebennesio et Iaquemeto de Bay, in Chablaysio, brigandis pedes, existentibus in garnisione de Villa Rallie prope Montemcravel, pro dicto Domino nostro, contra Facinum Canis, de mandato domini Boniffacii de Chaland, marescalli Sabaudie....

178. — Dono ad un prigioniero di Facino Cane.

(*Tes. gen. di Savoia*, Vol. 45).

Libravit Mermeto de Chesaux, dono semel graciose facto contemplacione serviciorum per ipsum Domino cum armis ultramontes factorum contra Facinum Canis, ubi fuit captivatus et detemptus, I franch. auri.

179. — Occupazione di San Martino fatta da Facino Cane.

(*Tes. delle guerre*, Rot. 23).

Libravit Sibueto Rivoyrie, domino de Gerbays, traditis Petro Bertodani, castellano Yporrigie, pro ipsis portandis dicto Sybueto a Chamberiaco apud Yporrigiam pro ipsis distribuendis et expediendis ubi eidem Sibueto videbitur expedire pro succursu castri et ville Sancti Martini, quam villam intravit Facinus Canis cum gentibus suis, et dictum castrum die nocteque nititur intrare; per literas Domini, datas Chamberiaci, die xii mensis decembris....

180. — Donativo a Raineri di Strambino.

(*Tes. gen. di Savoia*, Rot. 23).

Libravit Raynerio de Strambino, dono sibi per Dominum semel graciose facto in recompensacionem et plenam solucionem tocius servicii per ipsum Domino factum cum equis et armis in guerra Domini Pedemoncium contra Facinum Canis, ultra centum florenos quos aliunde Dominus eidem Reynerio donavit et solvi mandavit per baillivum Vallis Auguste; per literam Domini, datam Chamberiaci die vi decembris, c fl. auri.

181. — Vari viaggi del Tesoriere delle guerre in Piemonte.

(*Tes. delle guerre*, Rot. 23).

Ad expensas sui ipsius Petri Vicini, factas tam eundo de Confleto Chamberiacum cum tribus equis, uno valleto et uno clerico, in dicto loco Chamberiaci stando pro monstris recipiendis de gentibus armorum mandatis per Dominum ad diem xiii mensis iunii anno Domini millesimo iiii^c causa eundi Yporrigiam contra Facinum Canis et mutuis eisdem faciendis, indeque Yporrigiam eundo, ibidemque stando causa

predicta, reddeundoque ab Yporrigia Chamberiacum ad Dominum, ibidemque stando, eundoque apud Aquambellam pro monstris et mutuis eisdem faciendis ibidem(que) in duabus vicibus gentibus armorum mandatis causa transeundi per montem Cenisium eundo ad partes Pedemontium causa predicta, diebus prima et duodecima septembris; iterumque redeundo de Aquabella Chamberiacum ad Dominum, et a Chamberiaco Yporregiam ad dominum Boniffacium de Chaland, ibidemque stando et inde Chamberiacum ad Dominum reddeundo; ad que vacavit CIIII$^{xx}$XVII diebus inceptis die decima inclusive mensis iunii et finitis die XXIIII exclusive mensis decembris, quo die applicuit apud Confletum....

182. — Nuncii e messi spediti durante la campagna.

(*Tes. di Savoia*, Vol. 45).

A baillie a la Franchequine et a sa compaigne, a leur donnez par deux foys que le dit Sybuet les a tramis a Valpergue et a Aylliay pour savoir nouvelles....

Item a Johan de Saleran, tramis par deux fois pour semblable cause a Aylliay....

Item livre a la Pipi, tramis de Piemont en Savoye devers Monsieur pour luy rapporter....

(*Tes. delle guerre*, Rot. 23).

Libravit ibidem pluribus nunciis mascullis et femellis, missis per dictum dominum Boniffacium ad plura loca Vercellesii et Canapicii in mensibus iulii, augusti, septembris et octobris cum literis ipsius domini Boniffacii et Sibueti Revoyre pro negociis Domini directis pluribus stipendiariis Domini, officiariis et comunitatibus, pro bona custodia castrorum, villarum et patria facienda et eciam apud Verruam....

Libravit Yporrigie, diebus XXIII, XXV, XXX mensis augusti, prima septembris et XX octobris, dicto Magrados, misso ab Yporrigia apud Clavaxium et Maczadium, Vallempergiam et pluribus aliis locis cum literis ipsius domini Boniffacii pro negociis Domini....

183. — Stipendio di Bonifacio di Chalant.

(*Tes. delle guerre*, Rot. 23).

Libravit domino Boniffacio de Chalant domino Fenicii, marescallo Sabaudie, militi, pro stipendiis suis, Bertrandi Borgesii de Gayo, Stephani bastardi de Rossellion, Bartholomei Provane, Iohannis bastardi de Chiminat, Iohannis bastardi de Noblans, Iohannis bastardi de Chenay, Nycodi de Pitignie, Aymonis de Bruc, Iohannis Cugniot de Cullliens, Humberti Vercellonis, Vocherii de Lucingio, Iohannis de Lisirablos, Guillelmi de Bocheta, Guillelmi d'Estrilly, temporis quo cum armis, et quilibet ipsorum cum tribus equis, pro quindecim lanceis ipso

domino Bonifacio, marescallo Sabaudie, incluso; et pro stipendiis Colini de Cambray, Colini de Laloyn alias de Canalibus, Georgii et Richardi Descoti, archeriorum eques; et pro stipendiis Petri de Gayo et Mathei de Ravans, brigandorum pedes; et pro stipendiis Petri de la Cassagnia, trompete Domini, cum duobus equis prefato domino nostro domino comiti Sabaudie servierunt ad predicta, ultra stipendia Aymonis de Bruc predicti, mensium novembris et decembris anno currente Domini millesimo IIII$^{c}$: M VI$^{c}$ IIII$^{xx}$XII fl. VIII d. gr.

184. — Compagnie e bande assoldate.

(*Tes. delle guerre*, Rot. 23).

Libravit Francisco ex comitibus de Rovescalla, pro suis stipendiis quatuor mensium et novem dierum inceptorum die XXIII inclusive mensis iulii anno Domini millesimo quatercentesimo et finitorum die prima mensis decembris anno eodem, quibus cum octo equis et totidem personis sufficienter armatis Domino servivit ad predicta cum armis sub regimine domini Boniffacii de Chalant, marescalli Sabaudie, sub stipendiis quatuor ducatorum auri ad racionem sexdecim den. ob. gross. monete cursibilis Sabaudie pro quolibet ducato....

Libravit Guillelmo Fecia de Masino, contestabili vigintiquinque tam balisteriorum quam pavesalium et brigandorum infrascriptorum existencium in garnisione ville Masini pro domino nostro comite Sabaudie de mandato spectabilis militis domini Boniffacii de Chalant domini Fenicii, marescalli Sabaudie, ex ordinacione sibi facta per prefatum dominum nostrum Comitem, pro confirmacione dicti loci de Masino et et aliorum locorum circumstancium contra Facinum Canis et alios quoscumque terram prefati domini nostri domini Comitis et subdictorum suorum offendencium; qui Facinus Canis tenebat Septimum et Caravinum existentes subtus dictum locum de Masino; videlicet sui ipsius Guillelmi Fecia et una paga mortua, et pro stipendiis Anthonii Verendini, Anthonii de Manfredo, Iohannis Sonna, Franquini de Burgaro Masini, Iacobini Stupini de Bugella, Anthonii Bollini, Dominici de Marchione, balisteriorum; Vuillelmi de Varal, Nycolini Carrierie, Dominici de Grevelino, Cayneti de Burgaro Masini, Ianini Ponelloni, Germani Dyaneti, Petri Banciard, Vuillelmi de Formando, Martini de Bollino, Martini de Septimo, Anthonii de Raconixio, Petri Buchallionis, Anthonio de Burgo Alicis, Ysebii de Viecia, Iaquini Chynon et Petri de Palanche; qui Guillelmus Fecia domino nostro domino Comiti cum dictis septem balisteriis et dictis decem octo tam brigandis quam pevesalibus, ipso Guillelmo et una paga mortua inclusis, cum armis, balistis, lanceis et pevesiis in garnisione predicta servierunt tribus mensibus et duobus diebus inceptis die XXIII inclusive mensis

iullii et finitis die XXIIII exclusive mensis octobris, sub stipendiis quinque florenorum, quatuor den. gross. p. p., ad racionem duodecim den. gross. monete cursibilis Sabaudie pro quolibet floreno parvi ponderis, per mensem, pro dicto Guillelmo et pro quolibet dictorum septem balisteriorum pro quolibet mense; sub stipendiis quatuor fl. p. p. predictorum pro mense, pro quolibet ipsorum decem septem brigandorum et pavesalium, inclusa dicta paga mortua....

Libravit Ianino de Boczolino, de Sancto Vincentio Vallis Auguste, et conestabili vigintiquinque tam balisteriorum quam pavesalium et brigandorum infrascriptorum existencium in garnisione ville Masini pro domino nostro Comite, silicet pro stipendiis suis, Iohannis de Boczolino et una paga mortua, inclusis etiam pro stipendiis Guillelmi Garrusay balisterii, Aniquin de Petra, dicti Abby, Iacobini de Camandona, Germani de Septimo, Anthonii de Andurno, Gebeloti de Bugella, Anthonii Pontacii, Alberti Vogni, Anthonii de Cotelina, Iacobini de Ianino, Ihohannis de Tonena, Nicolini eius fratris, Ianini de Septimo, Reynerii de Mercato, Rodelini de Alamania, Angelini de Alamania, Angellini Gandre de Friburgo, Nycodi de Friburgo, Anthonii de Chuspiez de Vestigniaco, Vuilleti de Tercidono, Nycolodi Claux; qui Ianinus de Boczolino dicto domino nostro comiti Sabaudie cum dicto balisterio et dictis vigintiquatuor tam pavesaliis quam brigandis suprascriptis, ipso Ianino et dicta paga mortua inclusa, cum armis, lanceis, pavesiis et una balista, fuerunt in garnisione predicta tribus mensibus et duobus diebus inceptis die XXIII exclusive mensis octobris anno eodem....

Libravit Boniffacio de Strata de Valide, capitaneo centum et quadragintaunius hominum armorum equitum sufficienter armatorum, pro stipendiis suis et dictorum centum quadragintaunius hominum armorum equitum, cum quibus illustri principi domino nostro Amedeo comiti Sabaudie servierunt *(sic)* in partibus ultramontanis contra Facinum Canis et alios quoscumque terram prefati Domini nostri et subdictorum suorum offendentes, sub regimine spectabilis militis domini Boniffacii de Chalant domini Fenicii, marescalli Sabaudie, duobus mensibus integris inceptis die prima inclusive mensis augusti anno Domini millesimo quatercentesimo et finitis die prima exclusive mensis octobris anno eodem, sub stipendiis quatuor ducatorum auri, ad racionem sexdecim den. gross. monete cursibilis Sabaudie pro quolibet ducato auri, per mensem, pro quolibet equo, ex pacto cum dicto Boniffacio de Strata de Valide facto per prefatum dominum Boniffacium de Chalant, dominum Gaspardum de Montemaiori dominum Villarii Falleti, militem, et Henricum de Columbiers dominum de Vufflens

pro parte prefati domini nostri Comitis, inclusis sexiesviginti ducatis auri ad racionem predictam pro statu et provisione persone ipsius Boniffacii de Strata de Valide, duorum mensium inceptorum die prima inclusive mensis octobris anno quo supra, quibus duobus mensibus idem Boniffacius Domino servivit ad predicta pro triginta lanceis cum dictis centumquadragintauno equis, ad racionem duodecim den. gross. monete cursibilis pro quolibet fl. p. p. et pro quolibet mense, ex pacto cum dicto per dictum dominum Boniffacium de Chalant pro dicto mense octobris et per dominum Rodulphum de Grueriis dominum de Valgrenant, militem, pro dicto mense novembris....

Libravit eidem domino Boniffacio de Strata de Valide, pro stipendiis suis sex mensium inceptorum die prima inclusive mensis decembris anno Domini millesimo quatercentesimo et finitorum die prima inclusive mensis iunii anno Domini millesimo quatercentesimo primo, quibus sex mensibus idem Boniffacius Domino servivit ad predicta cum septuaginta equis et totidem personis sufficienter armatis, videlicet ipso Boniffacio cum tresdecim equis, Iacobino de Buroncio cum sex equis, Otthonino de Palma cum quinque equis, Andrea de Canossa cum quinque equis, Iacobino de Rubella de Placentia cum quinque equis, Henrigono de Rossigniano cum duobus equis, Matheo de Ferino cum tribus equis, Thoma de Follognio cum quinque equis, Iohanne de Bossano cum tribus equis, Nycolino de Valdengo cum quinque equis, Petro de Sancto Germano cum tribus equis, Iohanne Burgaro cum duobus equis, Andrea de Trecio cum quinque equis, Ianino et Gregorio de Valide cum sex equis et Pintarello de Mediolano cum duobus equis....

Libravit Avvudulo Mellia de Robis, de Verali, capitaneo centum hominum armorum equitum sufficienter armatorum, duorum mensium inceptorum die prima inclusive mensis augusti anno Domini millesimo quatercentesimo et finitorum die prima exclusive mensis octobris anno eodem quibus servivit ad predicta....

Libravit eidem Avvudulo Mellia, pro stipendiis suis sex mensium integrorum inceptorum die prima inclusive mensis decembris anno Domini millesimo IIII$^{c}$ et finitorum die prima exclusive mensis iunii anno Domini millesimo quatercentesimo primo, quibus sex mensibus idem Avvundulus cum quinquaginta equis et totidem personis sufficienter armatis dicto Domino nostro servivit sub stipendiis....

Libravit Ubertello Gamberini, de Alexandria, capitaneo triginta hominum armorum equitum, pro stipendiis suis et dictorum triginta hominum equitum, quatuor mensium inceptorum die prima inclusive mensis augusti anno Domini millesimo quatercentesimo et finitorum die prima exclusive mensis decembris anno eodem, quibus servivit sub regimine dicti domini Boniffacii de Chalant sub stipendiis....

Libravit Iacobo de Lucino, ytalico, capitaneo centum et quinquaginta hominum armorum equitum, mutuo super stipendiis suis et eius comitive de mandato dicti domini Boniffacii....

(*Tes. gen. di Savoia*, Rot. 45).

Pro precio unius eguerie et unius gobelleti argenti deauratorum et emailtatorum, ponderantium sex marchas cum dimidio argenti, per Dominum graciose donatorum Iacobo de Lucino, olim capitaneo gentium armorum in guerra Domini Pedemoncium contra Facinum Canis....

(*Tes. delle guerre*, Rot. 23).

Libravit Arnaudo Bordo de Bove, capitaneo ducentorum et quadraginta equitum stipendiariorum Domini, pro stipendiis suis temporis quo cum dictis ducentis et quadraginta equitibus et cum armis Domino servierunt contra Facinum Canis usque ad diem XXI exclusive mensis huius marcii *(1401)*....

Libravit Nicolao le Taltre, capitaneo centum triginta quinque equitum stipendiariorum Domini, pro stipendiis suis temporis quo Domino servierunt contra Facinum Canis usque ad diem XXI exclusive huius mensis marcii....

Libravit [eidem] Nicolao de Taltre, capitaneo ducentorum hominum equitum, pro stipendiis suis et comitive temporis quo domino nostro Comiti servivit ad predicta a die XXI inclusis mensis marcii anno Domini millesimo IIII$^{c}$ primo usque ad diem vicesimam primam mensis marcii anno millesimo IIII$^{c}$ secundo....

Libravit Iohanni Buffardi, capitaneo centum equorum equitum, pro stipendiis suis temporis quo prefato domino nostro Comiti servierunt in partibus ultramontanis cum dictis centum equitibus contra Facinum Canis et alias usque ad diem XXI exclusive mensis marcii anno Domini millesimo quatercentesimo primo....

Libravit eidem Iohanni Buffardi, capitaneo quinquaginta hominum armorum equitum, pro stipendiis suis et eius comitive a die XXI marcii anno Domini MCCCCI ad diem XXI marcii anno domini m. IIII° II....

Libravit Guillelmo de Plantis, pro stipendiis suis temporis quo Domino nostro servivit ad predicta cum viginti equitibus ex supradictis centum equis cum dicto Iohanne Buffardi....

Libravit Petro de Pruriens, alias Bedal, capitaneo quinquaginta hominum armorum equitum, pro stipendiis suis temporis quo Domino servivit ad predicta usque ad diem XXI mensis marcii anno Domini millesimo quatercentesimo primo....

Libravit eidem Petro de Pruriens, alias Bedal, capitaneo quaterviginti hominum armorum equitum, de proprio mandato Domini, pro suis serviciis a die XXI mensis marcii anno Domino M IIII$^{c}$ primo usque ad diem XXI marcii anno Domini M IIII$^{c}$ secundo....

Libravit Martelleto et Guillelmo de Martello, fratribus, pro stipendiis suis, Guillelmi de Martello, Bartholomei Gay et Petruchii de Boyssion, temporis quo prefato Domino nostro cum armis, pro quinque lanceis, et quilibet ipsorum cum tribus equis, servierunt ad predicta, et pro stipendiis Iohannis bastardi de Cazolat, Aniquini Isolot, Iocerandi de Griffuel, Guigonis Guideti, Francisci Robini et Iohannis trompeti dictorum fratrum, pro stipendiis suis temporis quo prefato Domino nostro servierunt ad predicta cum armis pro sex lanceis, quilibet ipsorum cum uno equo....

Libravit Iohanni Mercerii, manu Martelleti de Martello, pro remanencia centum quinquaginta fl. p. p. per ipsum Petrum eidem Martelleto traditorum die ultimo augusti, pro quindecim lanceis quas adducere debebat in servicio Domini, et non fecit....

Libravit Gauterio de Zolo, alias dicto Iohan Gauterii, pro stipendiis suis temporis que cum armis et viginti tribus equis et totidem personis sufficienter armatis prefato domino nostro comiti Sabaudie servierunt contra Facinum Canis in annis Domini millesimo quatercentesimo et IIII^c primo, videlicet a die XXIII inclusive mensis augusti anno Domini millesimo quatercentesimo usque ad diem primam exclusive mensis iunii anno Domini millesimo quatercentesimo primo....

Libravit Iohanni de Fontana, de Placentia, ytalico, pro suis expensis, Palaczoli de Palaczolo, Petri de Cremona, et Anthonii de Castello dicti Gras, unius mensis integris incepti die prima mensis octobris inclusive et finitis die prima mensis novembris hoc anno eodem, quo Domino servierunt pro quatuor lanceis cum armis et quilibet ipsorum cum quinque equis sub regimine domini Boniffacii de Chaland....

Libravit eidem Francisco Iohanni de Fontana, mutuo super stipendiis suis sibi facto de mandato Domini, pro decem equis et totidem personis sufficienter armatis Domino nostro servivit ad predicta....

Libravit Guillelmo de la Riviere, dicto Curtabotta, pro stipendiis suis temporis quo cum armis et decemocto equis et totidem personis sufficienter armatis Domino servivit ad predicta a die XXIIII inclusive mensis augusti anno Domini millesimo quatercentesimo usque ad diem primam exclusive mensis Iunii anno Domini millesimo IIII^c primo....

Libravit Arnaudo et Stephano de Campaney, manu dicti Boniffacii de Chaland tradentis pro domino nostro Comite, pro stipendiis suis decem equorum, temporis quo Domino servivit in partibus ultramontanis in annis Domini millesimo IIII^c primo et IIII^c secundo....

Libravit Iohanni de Tervallis, de Yverduno, pro stipendiis suis, Petri de Montebelliardo alias de Borgognia, dicto le Villain, de Olen de Pullia, Georgi Descot de Placentia, et Stephani de Roberto de Salino

in Burgundia, temporis quo prefato Domino nostro servierunt ad predicta cum armis et cum quindecim equis et personis totidem sufficienter armatis, videlicet in garnisione Ripparolii, tribus mensibus et undecim diebus inceptis die XXI mensis iunii anno millesimo IIII$^{c}$ et finitis die prima exclusive mensis novembris, sub regimine domini Boniffacii de Challant....

Libravit eidem Iohanni de Tervallis, de Yverduno, pro stipendiis suis temporis quo cum decem equis et totidem personis sufficienter armatis, videlicet ipso Iohanne, Stephano de Salino, Marcono de Papia, Petro Lons de Arbona, Iohanne bastardo de Ravoria et Petrallo de Burgundia, servierunt ad predicta, videlicet in garnissone Ripparolii, septem mensibus integris inceptis die prima inclusive mensis novembris anno Domini millesimo quatercentesimo et finitis die prima exclusive mensis iunii anno Domini millesimo quatercentesimo primo....

Libravit Nycolino de Cilliano, alias Paduan, pro stipendiis suis, Raynerii de Pisa, Ianini de Francisci et dicti Silvestri, quatuor mensium et novem dierum inceptorum die XXIII inclusive mensis iulii anno Domini millesimo quatercentesimo et finitis die prima mensis decembris anno eodem, quibus cum armis et cum decem equis et totidem personis sufficienter armatis Domino servierunt ad predicta....

Libravit Arnaudo Bordo de Bove, capitaneo ducentorum et quinquaginta hominum armorum equitum, qui servivit ad predicta, videlicet a die vicesima prima mensis marcii anno Domini millesimo quatercentesimo primo usque ad diem vicesimam primam exclusive mensis marcii anno Domini millesimo quatercentesimo secundo....

Libravit Bayquino d'Eux, capitaneo quaterviginti hominum armorum, pro stipendiis suis temporis quo Domino servivit ad predicta a die XXI marcii anno domini millesimo IIII$^{c}$ primo ad diem XXI marcii anno Domini M IIII$^{c}$ secundo, tam ultra montes, quam citra....

Libravit Bayquino d'Eux, pro stipendiis suis temporis quo usque ad diem XXI marcii exclusive servivit cum quinquaginta equitibus....

Libravit domino Francisco de Vabon, militi, pro remanencia ducentorum florenorum p. p. per ipsum Petrum Vicini eidem domino Francisco tradictorum pro viginti lanceis quos adducere debebat in servicio Domini, de quibus ipse habet literam Domini datam Chamberiaci, die ultima mensis augusti anno Domini mill.° IIII$^{c}$....

Libravit Andree de Salanova, Dyonisio Rodalveti, Iohanni Longini de Chissinas, Valentino scutiffero domini Aulenove manu Petri de Charnoz, Roleto de Loysi et dicto Petro de Charnoz, apud Chamberiacum, die XVI septembris, pro stipendiis suis suis octo dierum finitorum die predicta inclusive, quibus steterunt tam apud Aquambellam,

quam Chamberiaci, et qui venerant ad mandatum Domini et postmodum licenciati fuerunt, retrocedendo ad partes suas ob causam mortis Humberti de Villariis....

(*Tes. gen. di Savoia,* Vol. 43).

Libravit Lancelloto de Montedragone, pro remanencia stipendiorum suorum et Michaelis Beni temporis quo dicto Domino servierunt cum equis et armis, pro duobus lanceis, in partibus Pedemontium contra Facinum Canis....

(*Tes. delle guerre,* Rot. 23).

Libravit domino Luquino de Saluciis, militi, pro stipendiis suis et Iohannis Richarini, temporis quo pro duabus lanceis et quilibet ipsorum cum tribus equis et cum armis, et pro stipendiis Iacobi de Robaron, Cellati de Culte Perrie et Petri de Ochiis, archeriorum eques, et quilibet ipsorum eum eorum archis et eum uno equo....

Libravit domino Gaspardo de Montemaiori, militi, domino Villarii Faleti, pro stipendis suis, Guillelmi filii quondam Vuillelmi de Montemaiori, Francisci de Bronger, Henrici Barberii et Guillelmi de Tornay, temporis quo prefato domino nostro domino Comiti servierunt in partibus Canapicii et Vercellesii anno Domini millesimo quatercentesimo, pro quatuor lanceis cum armis, et quilibet ipsorum cum tribus equis et duobus archeriis, quilibet ipsorum cum uno equo....

185. — Arcieri a cavallo.

(*Tes. guerre,* Rot. 23).

Iohannes Gedomand, Ianiquinus de Mulignìaux, Ianinus de Vergues, Aniquinus Havre, Reynardus Dalpibi, Richardus Sechial, Richardus de Veuschisel, Aymonetus de Pons.

Libravit Tomellino, Iohannino, Colino et dicto Lestot archeriis pro stipendiis suis quatuor equorum, expensis quinque fl. pro quolibet equo et pro quolibet equo....

(*Tes. di Savoia,* Vol. 45).

A Sibuet en demorant ou dit lieu de Chamberi en atendant xii Archiers et le maistre de la bombarde, que y tramist a messire Roul de Gruere Yvree; c'est assavoir xxv jours fenis le x exclus du moys de may (*1400*)....

Le xiii jour doctobre, a Peronet l'archier et a Ianin son frere, archier d'Escoce, les quelx venoient de la guerre de Monseigneur de Piemont, que Monseigneur leur donnast....

186. — Arcieri a piedi.

(*Tes. delle guerre,* Rot. 23).

Georgius Escot, Aichardus Vuaderus, Iohannes Marescalli, Robertus Cabard, Thomelinus, Vuadus de Cligidel, Richardus Lucon, Robinetus

Milbit, Iohannes Taverna, Aniquinus de Bolidit, Iohannes de Gales, Cassinus de Baluc, Iohannes Staverlay, Copinetus de Garda.

187. — Balestrieri a cavallo.

Michael Combeys, Anthonius Talliferdi alias Provial, Iacobus Tonays.

188. — Balestrieri a piedi.

Bertrando de Ciba en Flandria, Anthonio de Henrieta, Hugonino Mornay de Bona, Guillelmo Botaz de Bona, Ruffino de Bugella, Iohanne de Fossano, Iacobo Pala, Iaquemino de Viverone, Petro Cabay de Nyvers.

(*Tes. gen. Savoia,* Vol. 43).

Livre a Bertrand, arbalestrier de France, que Monseigneur lui a donne pour ses despens alant Yvree devers messire Roul de Grueres le xxvi jour de juing....

189. — Missione di un balestriero ad Albiano.

(*Tes. guerre,* Rot. 23).

Libravit Iacobo Pala, balisterio pedes, die xxviii septembris (*1400*) misso per dominum Boniffacium ab Yporrigia apud Albianum, de nocte, eo quia dicebatur Facinum Canis ibidem venire debere....

190. — Acquisti di balestre.

(*Tes. gen. di Savoia,* Vol. 43).

Allocantur sibi de mandato Domini, quos libravit in empcione et pro precio sex balistarum emptarum nomine Domini ab Hugoneto et Petro Chignini, balisteriis, et tramissarum Yporregiam pro municione dicti castri., xxii fl. p. p.

191. — Bombarde.

(*Tes. guerre,* Rot. 23).

Libravit magistro Iohanni Pitit, magistro bombardarum, mutuo super stipendiis suis et pro certis aliis rebus emendis necessariis pro bombardis, de mandato domini Boniffacii, videlicet Yporrigie diebus xxiii, xxiv iulii, Piberoni vi augusti, et Yporrigie diebus xxvi et xxviii octobris, xxxiii fl. p. p.

(*Tes. gen. di Savoia,* Vol. 45).

A Johan Pitit, maistre de bombarde, en descharge de ce qu'on lui devoit pour le fait de la guerre de Piemont....

Libravit Martino de Calcibus, pro precio unius sui equi ab eodem empti pro tanto, et inde per Dominum donati Iohanni de Britagnia, magistro bombardarum, misso per Dominum Yporrigiam contra Facinum Canis....

Le dit jour [xvii septembre], a Ardiczon de Box, appothicayre de Chamberi, pour le pris de certaines choses achectes de ly pour fere

poudre de bombarde, pour pourter en Piemont pour la guerre; baillies et delivres a Johan Pitit, maistre de bombarde....

192. — Brigandi a piedi.

Hundriseto Pesat, Nycodo de Rogemont, Angelino Gamber, Nycolao de Basilea, Petro Nepotis, Iohanni de Insula, Nycolino filio Baldisserii de Romans.

193. — Spese per la campagna fatte da Rodolfo de Gruère.

(*Tes. gen. Savoia*, Vol. 45).

Secuntur librate per magnifficum militem dominum Rodulphum de Grueriis, locumtenentem generalem in partibus citramoncium pro illustri et serenissimo principe domino nostro Amedeo comite Sabaudie, ad causam deffensionis invasionis facte per Facinum Canem et eius socios et sequaces territorio subditisque illustris Domini nostri prelibati sub anno Domini millesimo quatercentesimo.

*a)* Et primo ponuntur librate armigerorum.

Libravit Raynerio de Strambino, c fl.

Libravit Oddonino de Castromonte et Iacobino de la Porta, IIc xxx fl. ian.

Libravit Petro de Perriano dicto Bidal, Bayquino eius socio et Yvono vocato Baydo, pro parte eorum, vc fl. p. p. ian.

Libravit Iohanni dicto Marescalco et Iohanni dicto Exclavo, in deductionem, lxxviii fl. ian.

Ludovico Senalchjno, viiicl fl., vi d. gr. Sab.

Libravit Guillelmo Fecia pro se et suis sociis commorantibus in garnixione Maxini IIclxxxi fl.

Libravit Iohanni Bazolino et Abati, sociis, commorantibus cum sociis eorum conductis pro garnixione ut supra [castri Maxini], IIIcxxv fl.

Libravit Nycodo Chaler, conestabili Alamannorum, in deductionem, IIIcoctuaginta duodecim.

Libravit Guillelmo Borgesio, de Taurino, balisterio, pro se et Iohanne de Comfleto, xxxii fl. ian.

*b)* Librate pro peditibus et balisteriis.

Libravit Anthonio Lancie, conestabili certorum balisteriorum, pro suis stipendiis et sociorum, cxiv fl. ian., IIII gross.

Iohannino Nicolay, Nicolerio de Romano, Anthonio Cavaglata, Iacobino Paparà, Aniquino, Bartholomeo Ponza, Mocato, Guillelmo Boca, balisteriis....

Libravit bastardo de Turre, pro se et sociis suis commorantibus in Villa Regia, lxxvii fl.

Libravit sibimet capitaneo quolibet mense, seu per mensem, ducentos fl. auri p. p. pro statu et stipendiis persone sue.

Sibimet pro gagiis vigintiquinque lancearum, quas secum et in eius hospicio habuit et tenuit per tempus prescriptum Capitaneus, pro qualibet lancea in quolibet mense, xx fl.

*c*) Librate pro municionibus certorum locorum in deffensione eorumdem.

Libravit nobilibus Henriquino et Iohanni ex dominis et comittibus Valpergie, missis per prefatum dominum Locumtenentem cum certis armigeris pro municione ac deffensione loci Maczadii....

Libravit nobili Bartholomeo de Maxino, ad causam municionis et deffensionis castri et loci Maxini, pro succurrendo, priusquam ibi essent positi vel missi aliqui balistarii....

Libravit nobili Thadeo de Fronte ex comitibus Sancti Martini, pro municione loci Fronti, et quia ipse nobilis Thadeus promisit equitari, cum erit requisitus....

Libravit nobili Martino Cagne ex comitibus Castrimontis, in deductionem c fl. ian. dicto Martino dari ordinatorum per dominum capitaneum Pedemoncium et dominum Locumtenentem predictum pro emenda certorum equorum perditorum per ipsum Martinum, dum equitaret cum dicto Locumtenente contra Facinum Canis....

Libravit Anthonio de Geinta et Francesio de Festa de Maliono, in deductionem maioris summe debite pro stipendiis quatuor ballisteriorum positorum pro municione et deffensione loci Mallionis....

Libravit Amedeo de Chalant, capitaneo Sancte Agathe, in exoneracionem sumptuum factorum per ipsum dominum Amedeum vacando cum dicto domino Locumtenente contra Facinum Canem....

Libravit magistro Iohanni Mondino, magistro bombardarum, misso per illustrem dominum nostrum comitem Sabaudie ad partes Pedemontium occaxione dicte guerre....

Libravit egregio Francesio de Chalant, domino Bossonengi (1), pro expensis suis, quia stetit in civitate Yporregie pluribus diebus cum certis sociis armigeris contra dictum Facinum Canem....

Libravit nobili Bertodo de Vuysches, causa sussidii, municionis et defensionis loci Vuyscharum, et quia missus a domino Locumtenente accessit pluries Yporrigiam ad ipsum Locumtenentem.

(1) Bosconero

194. — Presidio di Ivrea.

(*Tes. guerre*, Rot. 23).

Libravit manu dicti Raymundi Martini undecim brigandis peditibus infrascriptis, pro stipendiis suis unius mensis incepti die prima novembris anno quo supra, quo steterunt in garnisione civitatis Yporrigie cum Aymoneto de Bruc, videlicet Colino de Cambray, Iohanni

de Lona, Guillelmo Racini de Bona, Richardo de Bochagio, Iohanni de Atere, Magno Matheo, Petro de Mula, et Grosso Petro de Gayo....

Librayit Aymoni de Bruc, manu Raymondi Martini vicecastellani Bardi, pro domino Boniffacio de Chaland, militis, castellani dicti loci, pro stipendiis ipsius Aymonis, trium mensium cum dimidio inceptorum die prima mensis novembris anno Domini millesimo quatercentesimo, quibus stetit in garnixione Yporrigie....

195. — Messi spediti al principe d'Acaia ed altrove.

(*Tes. guerre*, Rot. 23).

Libravit Yporrigie, die xxviii iulii anno quo supra *(1400)*, Iohanni Bastardo de Morlens, misso per dominum Boniffacium de Chalant ad partes Pedemoncium cum literis ipsius domini Boniffacii directis dicto principi Achaye et domino Ybleto domino Chalandi, capitaneo generali Pedemontium....

Libravit Yporrigie die ix mensis octobris trompete domini principis Achaye, qui aportavit quasdam literas emanatas a dicto domino Principe directas dicto domino Boniffacio....

Libravit dicto Megrados, eo quia pluries et diversis diebus et nottibus missus fuit per dictum dominum Boniffacium per plura loca Vercellesii et Canapicii ad explorandum factum iniuriatorum Domini....

196. — Incendio di Settimo.

(*Tes. gen. di Savoia*, Vol. 45).

Libravit Henrico de Columberio, quos dictus dominus Henricus pro Domino et de eius mandato pridem solvit tradidit et libravit Anthonio de Valide, cui per Dominum debebantur pro resta ducentorum scutorum auri Regis per Dominum dicto Anthonio donatorum, contemplacione ignis incendii appositi in Villa de Septo....

197. — Dono a Marco ed a Ottonino di Masino.

(*Tes. guerre*).

Libravit Marcho et Otthonino ex comitibus de Masino, dono sibi facto per Dominum pro se et aliis comitibus Masini, c fl. p. p.

198. — Presidio di Caselle.

(*Castell. di Caselle*, Rot. 29).

Libravit domino Ybleto, capitaneo, pro Domino recipienti, et quos de expresso mandato dicti Capitanei dictus Castellanus solvit realiter et libravit nonnullis armigeris in dicto loco Casellarum existentibus ad servicia Domini....

199. — Condanna di abitanti di Caselle per aver abbandonato il loro paese.

(*Castell. di Caselle*, Rot. 30).

Recepit a Taurino Ferrerio, eo quia, stante guerra Facini Canis, cum

ibi [*per*] locum Casellarum ordinatum fuisset per castellanum et Credenciam dicti loci quod nulla persona de Casellis, vel ibi habitans, considerata dicta guerra, non debeat absentare locum sub certa pena, (qui) dictus Taurinus contra dicta ordinamenta recessit a dicto loco Casellarum stante dicta guerra, ix d. gr. (1).

(1) Per la stessa cagione furono multati altri dieci abitanti dello stesso luogo.

200. — Liquidazione di somma dovuta per la guerra d'Azeglio.

(*Tes. di Savoia,* Vol. 45).

Libravit [de mandato Domini, dato Chamberiaci, die x marcii anno Domini m° quatercentesimo], Philiberto et Urbano filiis quondam et heredibus Sybueti de Briordo, cui per Dominum debebantur, centum fl. auri, pro precio unius sui equi pili grisii ruani per Dominum ab eodem empto pro tanto et inde graciose donato Iaquimino de Porta, tam suis exigentibus meritis, quam pro plena solucione quantitatis auri et argenti per Dominum debite dicto Iaquemino et pluribus aliis armigeris qui Dominum ultra montes in equis et armis servierunt contra illos de Azelio in annis Domini millesimo tercentesimo nonagesimo primo et secundo....

201. — Un onestissimo usuraio del secolo XIV.

(*Tes. Savoia,* Vol. 43).

Le dit jour *(25 agosto 1400)* a Iosson, iuif, habitant a Chambéri, pour les usures de quatrevins escus empromtes de lui sur deux douzenies de copes d'argent d'Ayme sire d'Aspremont pour la guerre de Piemont, ad rayson d'on denier fort pour escu pour chascune sepmaine; c'est assavoir pour neuf sepmaines finies le xxvi jour de cest moys, vii fl. vi gross.

PARTE TERZA.

# RELAZIONI COLLA CORTE DI MILANO

202. — Messo spedito secretamente dal conte di Savoia, per informazioni sulla cattura di Barnabò Visconti (1385).

(*Castell. di Santhià*, Vol. 2).

A die quinta mensis maii usque ad diem xiiii mensis predicti ad expensas suas cum duobus equis eundo Mediolanum et redeundo pro sciendo veritatem de capcione domini Barnabonis, captum per dominum comitem Virtutum; et fuit per decem dies in Mediolano tam eundo quam redeundo pro notifficando domino nostro Comiti nova.

203. — Cinquanta lancie spedite da Amedeo VII a G. Galeazzo Visconti (1385).

(*Tes. di Savoia*, Vol. 36).

Ballia contans a Johan Gota, messagier de Monseigneur, tramis a pluyseurs gentilx hommes des baillages de Savoye, Faucigne et Geneveis a leur porter lectres de part Monseigneur come il soyent a Chamberi le xv jour de Juign, pour aler a Milan par devers le conte de Vertuz....

Pour le pris de iii piece de cendal roge refforcis et une piece de bocacin achette de Domeyno Bencz par la main Ayme d'Aspremont le jour et l'an que dessus *(1385)* pour fayre pennons et estandars pour monsieur Jaque Villete et le seigneur de Saint Murix, qui doyvent mener vers Milan l lances, que Monseigneur tramet au conte de Vertuz.

Pour viiic d'or parte et vic d'argent batu achete de Pierre Baleign, par la main de Pierre Coysson le viii jour de Juillet l'an dessus pour les baptures des pennons et estandars, que monsieur Jaque de Villete et li sires de Saint Murix doyvent pourter en Lombardie.

Amedeus comes Sabaudie. Dilectis magistris et receptoribus computorum nostrorum salutem. Vobis mandamus, quatenus dilecto fideli consiliario et thesaurario nostro Andree Beliatruche in eius primo computo sine difficultate qualibet allocetis millequingentos florenos auri parvi ponderis, quos pro nobis, nostrisque nomine et mandato, tradidit et realiter libravit dilectis fidelibus dominis Iacobo de

Villeta militi et Guigoni Ravaisii domino Sancti Mauricii, scutifferis nostris, capitaneis quinquaginta lancearum, quas in subsidium per eosdem misimus et duci ordinavimus carissimo fratri nostro domino comiti Virtutum apud Papiam et Mediolanum, pro stipendiis dictarum quinquaginta lancearum, sex septimanarum inceptarum die octava mensis huius iulii; item et quatercentum florenos auri parvi ponderis, quos pro nobis, nostrisque nomine et mandato, predictis domino Iacobo et Guigoni, tam pro capitaneatu dictarum quinquaginta lancearum, magnis oneribus et expensis per ipsos substentis pro se ponendo in statu, congregando et ducendo dictas quinquaginta lanceas, quam racione carestie, que presencialiter est in partibus Ytalie, ad finem quod dicti capitanei eorum sociis, si indigeant et necesse fuerit, subvenire possint; quos quatercentum florenos eisdem, causis predictis, graciose donavimus, ut dicto fratri nostro carissimo honorabilius servire possint. Datum Ripaillie, die xv mensis Iulii.

204. — Messi spediti al conte di Virtù ed al marchese di Monferrato.

A Gruiet de Machietz, tramis par devers le conte de Vertuz, a Milan, et par devers le marquis de Montferra, pourter lectres de part Monseigneur *(8 giugno)*....

A Thomas de la Balme, pour ses despens faire, tramis a Pavie par devers madame Blanche et le conte de Vertuz, pour fayre aucunes choses que Monseigneur li ha enchargie, le xiiii jour d'oust....

205. — Missione di Tommaso de Balma.

(*Conti dell'Hotel,* N. 71 (Pezze).

Thomas de Balma, domicellus, confessus fuit habuisse a Domino nostro etc. pro fiendis expensis ipsius Thome euntis pro quibusdam dicti Domini nostri negociis agendis ad comitem Virtutum. Datum Chamberiaci, die xxvii marcii anno mccclxxxvi.

206. — Dono alle genti di Galeazzo.

(*Conti Hotel,* Rot. 69).

Pro precio duorum pannorum auri et unius velluti datorum gentibus domini comitis Virtutum, per literam Domini datam die xxiiii augusti anno Domini mccclxxxvi....

207. — Trattative per un componimento tra Savoia e Monferrato.

(*Conti dell'Hotel,* N. 71 (Pezze).

Notum sit omnibus quod ego Guichardus Marchiandi, legum doctor et miles, confessus sum habuisse et recepisse realiter a Petro Magnini de Chamberiaco, tradenti nomine domini nostri Sabaudie comitis pro fiendis expensis meis eundo ultra montes cum domino Bartholomeo,

de Chignino, et similiter cum domino Capitaneo Pedemontium, ad dominum comitem Virtutum, occasione sedandarum questionum inter Dominum et marchionem Montisferrati *(an. 1386)*....

208. — Scorta concessa dal Conte Rosso a due Cardinali che da Genova vanno a Milano ed a Pavia alla Corte Viscontea.

(*Conti Hotel*, Vol. 69).

Item qu'il ha paye oultre v$^{c}$ florins, qu'il recevist de Anthoine Magnin, pour les despains que messire Odde de Villars, messire Pierre de Murs et le dit Pierre Gerbais ont fait en aler a Jaynne vers les cardinaux de Revenne et de Petremale et ritorner arriez a Milan et ha Pavie avecque eulx...,et inclus plusers messages tramis pour fere le mandement de monseigneur en Canaveis en la Valsayse....

209. — Aiuto concesso al conte di Virtù dagli uomini di Courgnè contro Acaia.

(*Vicaria di Torino*, Rot. 50).

Item die xi ianuarii anno domini mccclxxxviii famulo Stephani de Brosolo, misso Ripparolium pro novis inquirendis utrum illi de Corgniaco mittebant gentes in auxilium gentium comitis Virtutum contra Dominum....

210. — Intromessione del conte di Savoia nel trattato di pace tra il principe d'Acaia e G. G. Visconti.

(*Conti Tes. delle guerre* (*Acaia*), Rot. 24).

Ad expensas sui ipsius [thesaurarii], factas cum duobus equis, et Guillelmi balisterii Domini, a die ultima mensis maii usque ad diem sextam mensis Iunii [*1388*] eundo Papiam per civitatem Ast ad dominum Ybletum de Challand, capitaneum Pedemontii, in Papia existentem, ubi missus fuit per Dominum pro habendo conloquio cum dicto Capitaneo de statu apponendo inter Dominum et comitem Virtutnm, deinde reddeundo Pineyrolium ad Dominum per civitatem Vercellarum....

Libravit Iohannino, valeto equorum domini [principis Achaye], misso de mense Iunii anno Domini mccclxxxviii a Chamberiaco, a Domino tunc ibi existente, Papiam cum literis domine Sabaudie comitisse directis comiti Virtutum, de prorogatione status et treugarum existentium inter Dominum et comitem Virtutum....

211. — Missione del vescovo di Moriana e di Bartolomeo di Chignin.

(*Tes. gen. di Savoia*, Vol. 38).

Libravit domino Egidio Drueti, decano Seysiriaci, secretario Domine, pro expensis domini episcopi Mauriane, Bartholomei de Chignino et dicti Egidii faciendis, eundo Papiam, quo destinati fuerunt ad illustrem

comitem Virtutum pro quibusdam negociis Domine et Domini explicandis....

212. — Dono fatto ai trombetti ed ai menestrelli di Agnese Mantegazza e di Lucia.

(*Tes. d'Acaia*, 3).

Libravit trompetis et menestreriis domine Agnetis, concubine domini comitis Virtutum, dono eis facto *(24 marzo 1390)*....

(*Conti dell'Hotel dei Conti di Savoia*, Vol. 74).

Libravit die xxi prima septembris ministeriis et trompetis domine Lusote, amasie domini comitis Virtutum, dono sibi facto per Dominum.

213. — Cani donati dal conte di Virtù al principe d'Acaia.

(*Tes. d'Acaia*, 3).

Libravit dicta die xxvi marcii *(1390)* Martino, barberio Domini, ad eius expensas, retromisso per Dominum Papiam pro adducendo duos canes Domino donatos per comitem Virtutum, ibi obmissis....

214. — Dono alle nutrici dei figli di Galeazzo.

(*Tes. d'Acaia*, Vol. 3).

Qui donati sunt Papie duabus baiulis lactantibus dominorum Anthonii et Danielis nati *(sic)* domini comitis Virtutum *(marzo 1390)*.

Per manus Raynerii Capastri, baiule lactatrici domini Iohannis Marie, filii domini Galeaz comitis Virtutum....

215. — Truppe mandate dal conte di Savoia in aiuto a G. G. Visconti.

(*Tes. delle guerre*, Rot. 23).

Librate et mutua facte et facta per Petrum Vicini de Confleto, secretarium illustris principis domini nostri Amedei comitis Sabaudie, gentibus armorum, balisteriis, archeriis et brigandis ceterisque aliis personis mandatis apud Chamberiacum ad diem primam mensis augusti anno Domini millesimo iii^c^ nonagesimo causa eundi cum prefato domino nostro domino comite Sabaudie ad partes Pedemoncium et apud Mediolanum ad magnifficum dominum Galeaz Vicecomitem Mediolani, et pro succursu et conservacione patrie ipsius domini Galeaz contra ligam Bononiensium et Florentinorum, in anno Domini millesimo iii^c^ nonagesimo et nonagesimo primo, virtute lige et federacionis factarum inter prefatos dominos dominum nostrum comitem Sabaudie et dominum comitem Virtutum dominum Mediolani, et nomine et ex parte ipsius Domini nostri. Et aliqui mandati fuerunt ad dictum diem, aliqui non; et tam in denariis realiter traditis et numeratis, quam in responsionibus pro ipsis gentibus factis tam apud Yporrigiam, Sanctam Agatham, quam alibi; et tam manu ipsius Petri Vicini, quam manibus Martini de Calcibus thesaurarii Sabaudie, Petri Ducis thesaurarii

hospicii Domini, dominorum Ybleti de Challant domini Montisioveti, Iohannis de Vernesio marescalli Sabaudie, Iacobi Championis militis et plurium aliorum, tradentium pro Domino nostro tam apud Chamberiacum, Yporrigiam, Sanctam Agatham, Mediolanum, Palmam, in comitatu Mediolanensi, quam alibi diversis diebus....

Domino Ybleto de Chalant domino Montisioveti et Chalandi, militi, Capitaneo Pedemoncium, pro stipendiis Guichardi Tanelli domini de Granges in Valesio, Aymonis Bastardi de Granges, Humberti et Petri filiorum domini Petri de Chivrone militis, dicti Prorva, Beneytoni de Cretaz de Seduno, Georgi bastardi Maioris de Seduno, Iohannis bastardi Rachays, Reynerii de Strambino, Georgi filii Guigonis Provane, Anthonii de Castellamonte, Francisquini de Montgrand, Oddonis le Bor, Conchelini Theotonici, Petri de Chesaux, temporis quo Domino servierunt cum equis et armis pro quindecim lanceis in comitiva ipsius domini Ybleti, tantum sub regimine ipsius domini Ybleti....

(*Tes. di Savoia*, Vol. 38).

Nos Amedeus, comes Sabaudia,...notum facimus universis quod Nos habuimus et recepimus, Nosque habuisse et recepisse confitemur per presentes a dilecto et fideli Martino de Calcibus, thesaurario nostro generali, tam de hiis qui pro Nobis de nostro recepit, quam ex mutuo per eum Nobis facto, videlicet triamillia viginti fl. auri p. p., pro ipsis tradendis et expediendis pro stipendiis certarum gentium armorum per nos mandatarum ad diem primam proximi mensis Augusti pro eundo nobiscum apud Mediolanum in adiutorium et pro conservacione patrie illustris fratris nostri carissimi domini comitis Virtutum domini Mediolani...Datum Ripaillie, die XXVI iulii anno Domini MIII$^{c}$lXXXX.

(*Conti dell'Hotel*, Vol. 74).

Libravit apud Ripalliam, die octava mensis augusti, Guillelmo de Camera, Richardo Wedal, Iohanni Baloch, Willelmo Amorox, Gauterio Clidester, Gilberto Lon, Iohanni Martel, Henrico Quey, Guillelmo Compaign, Anequino fratri Peyreti, archeriis Domini, pro expensis per dictos archerios factis in Thononio tempore lapso, pro quibus impignoraverunt arma sua, ut ea redimerent pro equitando cum Domino in Lombardiam in auxilium domini comitis Virtutum....

Libravit die XXII octobris Yporrigie, mandato Domini, relacione domini episcopi Mauriane, Girardino de Girardini de Yporrigia, misso Palmam ad dominum Iohannem de Verneto et alias gentes armorum Domini ibidem existentes ad servicia domini comitis Virtutum cum literis Domini clausis....

Libravit die XXVIII octobris, Yporrigie, dicto le Breton, archerio Domini, misso Palmam cum literis Domini clausis ad dominum Iohannem

de Verneto et alias gentes armorum Domini ibi existentes in servicium comitis Virtutum ut expectarent Petrum Vicini portaturum sibi financias....

Libravit die octava decembris, Yporrigie, Rosseto, messagerio Domini, misso de Yporrigia Mediolanum ad dominum comitem Virtutum cum literis Domini clausis et deinde Vicentiam et Lagniacum ad dominum Iohannem de Verneto et alias gentes Domini ibi existentes ad servicia comitis Virtutum....

Libravit die XXII decembris Aniquino de Brucella, misso cum literis Domini clausis Mediolanum ad dominum comitem Virtutum, et deinde Vicentiam ad gentes Domini ibidem existentes ne recederent a servicio ipsius domini comitis Virtutum....

Libravit die XXIII decembris Thomasseto, messagerio Domini, misso de Yporrigia Palmam [pro eodem]....

(*Castell. d'Ivrea,* Rot. 30).

Domino Guillelmo de Estaveyaco, militi, pro remanencia stipendiorum suorum, Guillelmi de Vulliansein, Henrici de Sanneguy, Nicolay Pellosat, Perrini de Vulliansein, Theobaldi de Chantrons et Petri bastardi de Estaveyaco, temporis quo cum equis et armis, et quilibet ipsorum pro una lancea, servierunt prefato Domino nostro in partibus citramontanis et in territorio Mediolani, ipsum Dominum associando cum fuit Mediolanum ad visitandum dominum Galeaz Vicecomitem, et eciam apud Palmam aliqui ipsorum, contra ligam Bononiensium et Florentinorum....

(*Tes. di Savoia,* Vol. 38).

Libravit Petro Bondon de Normandia et sociis eius, qui cum Domino fuerunt in partibus ultramontanis Dominum associando, eundo Mediolanum ad dominum comitem Virtutum, et eciam stando sub stipendiis Domini in servicio prefati domini comitis Virtutum in guerra facta....

216. — Dono al Conte Rosso di un cane senza peli.

(*Conti dell'Hotel,* Vol. 74).

Dictis die et loco (*Milano, 26 settembre 1390*), mandato Domini, uno famulo domini comitis Virtutum, qui presentavit Domino unum canem sine pilis ex parte dicti comitis Virtutum....

217. — Il conte di Virtù occupa Verona.

(*Conti d'Acaia,* N. 3).

Pro tribus rasis cum dimidio panni rubei de Courtray datis per Dominum cuidam cavalario domini comitis Virtutum nuncianti Domino quia dictus Dominus recuperaverat Veronam....

218. — Gli Armagnacchi passano in Piemonte.

(*Tes. Acaia*, N. 3).

Die xxvii Iunii (*1390*) dicto Rapol, messagerio, mixo cum literis continentibus de aventu domini de Armagniaco domino Galeaz comiti Virtutum, Papie....

Oddenino, messagerio, mixo cum licteris Domini domino Galeaz Mediolani, continentibus quatenus dominus de Acher et dominus Guillelmus de Lera applicuerant de montibus cum ccl lanceas, ituri versus dominum de Armagnac....

Milleto Simeoni, de Vercellis misso per Dominum Papiam ad illustrem dominum comitem Virtutum super factum conflictus domini comitis Armagniaci; [*et*] Anthonio, cavalerio domini comitis Virtutum, qui nova, parte ipsius domini Comitis, de deconfita domini Armagnaci et suarum gentium portavit, x fl. p. p.

219. — Dono di cento fiorini di piccolo peso ad Antonio Visconti.

(*Conti dell'Hotel*, Vol. 74).

Libravit Anthonio ex Vicecomitibus Mediolani, dono sibi facto per Dominum super composicione facta per Obertinum Baroncelli de Corgniaco, per literam datam die xxv ianuarii anno Domini mccclxxxxi.

220. — Cento lancie date in soccorso del conte di Virtù dal principe d'Acaia (1391).

(*Tes. d'Acaia*, Rot. 3).

Libravit Oddonino, messagerio Domini, die xvii aprilis misso a Pinerolio Sabaudiam ad Dominum ad illas partes existentem, cum literis domini comitis Virtutum, continentibus quod requirebat Dominum ut sibi concedat centum lanceas armigerorum de hominibus sue patrie....

221. — Messo del principe d'Acaia a Milano.

(*Conti Tes. Acaia*, 41).

Apud Foxanum, die vii mensis Iunii, Oddonino, messagerio Domini, misso Mediolanum ad dominum comitem Virtutum cum licteris Domini....

222. — Messi al corpo di spedizione.

(*Conti dell'Hotel*, Vol. 74).

Libravit die xxvii mensis ianuarii, de mandato Domini, Aniquino de Brucella, misso per Dominum apud Lugniacum in territorio Verone, ad dominum Iohannem de Verneto et alias gentes Domini ibidem existentes ad servicia domini comitis Virtutum cum literis Domini clausis....

Libravit mandato Domini ad expensas dicti Petri Vicini et Iohannis de Miolano factas cum sex equitibus, eundo de mandato Domini de Yporrigia Mediolanum ad dominum comitem Virtutum pro mutuando ab eodem stipendia unius mensis, tercentarum lancearum gentium Domini nostri existencium Palme in servicio domini comitis Virtutum,

quod tamen non fecit, et eundo a Mediolano Palmam ad precipiendum dictis gentibus pro parte Domini quod non recederent a serviciis dicti comitis Virtutum quia in brevi haberent financiam....

223. — Messo spedito da Avignone dagl'ambasciatori milanesi al Conte Rosso.

(*Tes. di Savoia*, Vol. 38).

Pour le pris de une piece de chamellot pers, que Monseigneur a donne a Latrinet, qui estoit venus par devers Monseigneur de part les Ambaisseurs de conte de Vertus....

224. — Due sparvieri donati da Agnese Mantegazza al principe d'Acaia.

(*Tes. d'Acaia*, Rot. 3).

Libravit die predicto (*5 ottobre 1391*) Iohanni de Bosco, pro precio unius pecie panni sete ab ipso empte et donate per Dominum cuidam scutiffero de Mediolano, qui duas accipitres ex parte domine Agnetis, concubine domini comitis Virtutum, Domino presentavit....

225. — Il segretario del conte di Savoia spedito a Milano.

(*Tes. gen. di Savoia*, Vol. 38).

A Iohan Ravays, secretaire de Monseigneur, tramis de Ripaille a Pavie par devers le comte de Vertus pour fere aucunes ambasseries a luy enchargies de par Monseigneur....

226. — Missione di Mileto Simeoni, scudiere del principe d'Acaia.

(*Castell. di Gassino*, Rot. 35).

Libravit ad expensas Mileti Symeonis, escutifferi Domini, factas in Gaxino in domo Iohannis de Ricobono die prima augusti (*1391*), eundo ad dominum comitem Virtutum, mandati per Dominum....

227. — Dono ad un menestrello d'organo del conte di Virtù.

(*Tes. di Savoia*, Vol. 38).

Libravit domino Anthonio de Chignino, quos pro Domina et eius nomine solvit et libravit cuidam menestrerio organi comitis Virtutum, per literam Domini, datam Iverduni, die xvi novembris....

228. — Trattative con Milano per gli affari del Vallese.

(*Castell. di Santhià*, Vol. 2).

Ad expensas sui ipsius [Girardi de Fontana, capitanei Sancte Agathe], eius equorum et familie, factas de mensibus octobris et novembris anno Domini millesimo ccclxxxx primo, eundo de mandato et ordinacione Domini, una cum Francisco Ruffini, ad dominum comitem Virtutum, ad locum Marigniani, ubi eum tunc residebat, pro quibusdam negociis Domini pro facto comitatum Valesii peragendis; ad que vacavit spacio decem dierum inceptorum die vicesima octava mensis octobris....

229. — Soccorso dato dal conte di Virtù contro i Vallesani.

(*Conti di Savoia*, Vol. 39).

Libravit Francisquino de Montegrando, quia cum uno valleto et duobus equis vacavit duobus diebus integris finitis die xii mensis ianuarii, eundo a civitate Augustense apud Mediolanum et Marignianum ad dominum comitem Virtutum, ibidemque stando quam inde redeundo; ad quem missus fuerat pro auxilio procurando et prebendo Domino per ipsum dominum comitem Virtutum contra Valesios; inclusis expensis unius guide, per montes apud Novariam guidantis ipsum Francisquinum, tantum expenditorum propter caristiam; expensis ulterius prefati Francisquini, cum uno valleto et duobus equis, viginti duobus diebus finitis die xvi ianuarii, eundo a Chamberiaco apud Papiam, mandatus per Dominam nostram ad dominum comitem Virtutum qualiter retrocedere retrahereque faceret Facinum Canis existentem apud Azelium, dapna magna ferentem et dantem patrie Domini in finibus Yporrigie et alibi ultramontes, sociatum pluribus gentibus armorum equitibus et peditibus....*(1392)*.

230. — Viaggio di Giacomo Champion, podestà di Ivrea, a Pavia.

(*Castell. d'Ivrea*, Rot. 31).

Libravit ad expensas sui ipsius potestatis, equorum et familie suorum, factas mense septembris nuper preterito, eundo de Yporrigia apud Papiam ad comitem Virtutum, ad quem ipse potestas et Iohannes Ravasii, secretarius Domini, missi sunt per recolende memorie illustrem dominum principem dominum nostrum dominum Amedeum quondam genitorem Domini, et exinde apud Yporrigiam reddeundo; per litteras datas Chamberiaci, die xx ianuarii anno Domini mccc°lxxxxii....

231. — Missione di Ybleto di Challant.

(*Conti dell'Hotel*, Rot. 26).

Libravit ad expensas sui ipsius domini Ybleti, factas eundo, de mandato Domini, de Chamberiaco in Valesium, de Valesio Yporrigiam, et de Yporrigia Papiam, et inde redeundo, cum duodecim equis et totidem personis; item Iohannis Ravaysii, cum tribus equis et totidem personis, eundo cum dicto domino Ybleto de Chamberiaco Papiam, et inde reddeundo Augustam; item domini Amedei de Challand, eundo cum dicto domino Ybleto de Chamberiaco Valesium, cum quatuor equis et totidem personis; item domini Egidii Drueti, decani Seysiriaci eundo in Valesium cum dicto domino Montisioveti, cum tribus equis et totidem personis, eundo de Viriaco in Valesium; et domini Geronimi Balardi, eundo de Yporrigia Papiam, et inde reddeundo Papiam....

Libravit Conchelino, famulo dicti domini Ybleti, misso ad Girardum de Fontanis, ab Yporrigia apud Sanctam Agatham, quod se paret pro

eundo cum dicto domino Ybleto; et inde Papiam ad dominum comitem Virtutum cum uno equo, prorogando dietam, quia dictus Ybletus, qui ibidem esse debebat, infirmabatur....

Libravit Angelino, famulo domini Ybleti, misso de Yporrigia Papiam ad dictum dominum comitem Virtutum pro prorogando dietam, quia dictus dominus Ybletus infirmabatur....

Ad expensas Guillelmi, clerici, et Angellini, famuli dicti domini Montisioveti, factas Papie, ubi remanserunt pro expectando literas dicti comitis Virtutum die xxi marcii....

232. — Varii messi ed esploratori spediti a Milano ed al marchese di Monferrato per le scorrerie di Facino Cane (1391-92).

(*Castell. di Santhià*, Voi. 2).

A die prima decembris usque ad diem primam aprilis, pro nunciis et exploratoribus tramissis causa sciendi condicionem et statum inimicorum, mittendo Papiam et Mediolanum ad dominum Galeaz et ad dominum marchionem Montisferrati, ad quos nuncios incessantes misit pro eo quia Facinus Canis se reducebat cum gente sua in terras et territorium dominorum predictorum, et ibi reducebat predas captas super territorio illustris Domini nostri....

233. — Missione di Antonio de Chignin (1392).

(*Tes. gen. di Savoia*, 38).

Item le dit [Anthoine de Chignin], tramis au comte de Vertus, pour le fait des gens d'armes que Facin Can a amene a Azeil, qui ont couru la terre de Monsieur, a donne es trompetes et menestries du comte de Vertus et d'Ast....

234. — Messaggero spedito d'urgenza.

(*Castell. d'Aosta*, Mazzo 16).

Libravit [per literas Domini, datas Chamberiaci, die xxvii maii anno Domini mIII$^{c}$lxxxxIII], dicto Gruiet, messagerio, eunti ad dominum comitem Virtutum cum literis Domini festinanter *(maggio 1393)*....

235. — Truppe di Borgogna dirette a Milano, in Piemonte.

(*Tes. Savoia*, Vol. 38).

Despens faitz par messire Boniffiace de Challant du comandement de monseigneur de Savoye, cui Dieu absoille, pour fere passer les gens armes de monseigneur de Burgone, les queulx messire Philippes de Muri menoit et lesqueulx aleuent en servise de monsieur de Vertus....

236. — Missione a Chamberì di Giovanni di Pusterla (1392).

(*Tes. di Savoia*, Vol. 38).

A Johan de Posterla, escuyer de messire Anthoine Visconti de Milan,

que Monseigneur ly a donne pour ses despens faitz venir a Chambery et retourner....

237. — Missione a Pavia per la tregua coi signori di Masino.

(*Castell. di Rivoli*, Rot. 79).

Iohanneto Fornerio de Rippolis, misso de Rippolis apud Papiam ad dominum ducem Mediolani cum litera domini ducis Bicturii ut treuge illorum de Maxino prolongarentur; et stetit eundo tribus diebus cum dimidio, stando ibidem viginti uno diebus....

238. — Ambascieria mandata dal principe d'Acaia.

(*Castell. di Gassino*, Rot. 35).

Libravit *(1394)* ad expensas dominorum Philippi Symeon, militis, Romei de Canalibus, legum doctoris, et Oberti de Plozasco, consiliariorum Domini, necnon Ludovici de Puteo, Andreueti Marescalli et Francisci Gareti, factas apud Gaxinum in domo Boraschi, hospitis dicti loci, missorum per Dominum ad comitem Virtutum pro certis negociis tractandis, cum viginti equis....

239. — Giornata d'armi di Benetino di Biandrate e Raimondo Balard.

(*Tes. Acaia*, Rot. 41.2).

Libravit [mense septembris anno 1395] cuidam nuncio, qui apportavit quamdam literam Beneytini de Blandrate super ordinacione facta per dominum ducem Mediolani pro iornata armorum quam dictus Beneytinus tenere debebat cum Rogerio Balardi....

240. — Messo spedito di notte da San Nazzaro a Marignano.

(*Tes. Acaia*, Rot. 41.2).

Libravit die xiii septembris, apud Sanctum Nazarium, Allodio Gili, misso de nocte apud Marignanum ad illustrem dominum ducem Mediolani cum literis Domini....

241. — Vertenza fra sudditi del conte di Savoia e sudditi del duca di Milano.

(*Castell. di Santhià*, Vol. 3).

Die xxix mensis augusti dominus Amedeus de Challant dominus Aymeville, capitaneus Sancte Agathe, [tempore sui capitaneatus] libravit Aymaroto Capre, nuncio, equester transmisso Papiam ad illustrem dominum ducem Mediolani cum literis prefati domini Capitanei, pro eo quia illi de Verali, subdicti prefati domini ducis Mediolani, derobaverunt unam magnam quantitatem bestiarum bovinarum hominibus de Greggio, subdictis prefati domini nostre Sabaudie comitis, ubi tamen in eundo quam reddeundo remansit per octo dies, et restitucio sequta non est....

242. — Questione per limitazione di confine collo Stato Milanese.

(*Castell. di Santhià*, Vol. 3).

Pro diebus quatuor (xxi-xxiiii) mensis maij dicti anni *(1398)*, quibus idem Amedeus, [capitaneus Sancte Agathe], cum triginta equis requisitis de territorio, pro honore Domini vacavit cum potestate Vercellarum et capitaneo districtus Vercellarum et Novarie pro illustri domino duce Mediolani, pro eo quia dicti officiales capi fecerunt quosdam homines et plaustra in via Burgi Alicis, qua venitur a Burgo Alicis ad Sanctam Agatham, et dicebant fines esse suos, contrarium cuius erat....

243. — Intervento di G. G. Visconti nella pacificazione dei signori del Canavese (1398).

(*Castell. di Santhià*, Vol. 3).

Pro duobus diebus, videlicet quarto et quinto mensis iunii dicti anni mccclxxxxviii, quibus dictus Amedeus, capitaneus et comissarius, vacavit apud Montem Rotundum prope Maczadium pro tractanda concordia inter illos de Maczadio et de Sancto Martino de Canapicio....

Pro diebus octo, videlicer viii-xv dicti mensis iunii dicti anni, quibus idem dominus Amedeus, capitaneus et comissarius, vacavit (tam) in Yporigia, Aladio, Ripparolio, Castromonte et aliis locis circumstantibus, tam pro se, quam cum illustri domino principe Achaye, pro concordia predicta fienda et statu apponendo....

Pro aliis octo diebus, videlicet xxvi-xxx mensis iunii et primo, secundo et tercio mensis iulii dicti anni, quibus Guigonetus, fameliaris prefati domini Amedei capitanei et comissarii, cum uno equo remansit post ipsium in Papiam (1) pro expectando Anthonium de Maxadio, qui degebat in civitate Brixie, cui idem dominus dux Mediolani scripserat....

Pro quatuor diebus, videlicet vii-x dicti mensis [iulii], quibus cum duodecim equis, una cum domino Iacobo de Talendis, vacavit tam in Liburno, quam in Monterotondo, conferendo cum dicto domino Anthonio de Maczadio, qui venerat a Papia iuxta ordinem inde datum et occaxione status guerre predicte....

Pro septem diebus [xvi-xxvi mensis iulii], in quibus idem dominus Amedeus, cum duodecim equis et domino Iacobo de Talendis et Sybueto Ravoyrie, vacavit tam in Ypporigia, quam Monterotondo, comferendo cum illis dominis de Maczadio occasione guerre predicte....

Pro diebus quinque, videlicet xxiiii-xxviii dicti mensis iullii, quibus Lanzimanus, familiaris dicti domini Capitanei, cum uno equo, vacavit tam in eundo, quam reddendo Papiam ad dominum Montisiovis et

dominum Anthonium de Maczadio, qui ibidem degebant, cum licteris ipsius domini Amedei occaxione predicta....

Diebus novem [XXIX-XXXII iulii, I-VI augusti], quibus dictus dominus Amedeus, capitaneus, cum decem equis et Iacobo de Talendis, vacavit tam eundo, quam redeundo Papiam ad illustrem dominum ducem Mediolani occaxione status guerre predicte....

Diebus quatuor [XXVII-XXX August], quibus idem dominus Capitaneus cum decem equis vacavit in Ciliano, eundo apud Montem Rotondum prope Maczadium occaxione relaxtionis cuiusdam hominis de Ciliano capti per illos de Macxadio et alterius hominis Villeregie capti per Bertholdum de Vuyschis in dicta guerra, et occaxione status circa predicta apponendi suo posse....

Pro diebus quinque, videlicet ultima novembris, I, II, III et quarta decembris, quibus vacavit cum ipso domino Erardo [Dufour], cum equis septem, ad opus predictum, in quibus facta fuit treuga cum dominis de Maxino....

Item pro diebus sex finitis die XXIX novembris, quibus vacavit cum equis octo eundo ad illustrem dominum ducem Mediolani in Cusago pro facto dominorum de Maxino, et [*causa*] obtenendi literas treuge fiende per ipsos dominos de Maxino....

C'est le compte de messire Ame de Challad, ou est enclus le nombre des jours qu'il a mis a amener les signiours de Masin pour le comandement de Monseigneur de Savoye, tant pour les amener, comen les attendre a Chamberi, au nombre de quatre chivauix *(22 giugno - 8 novembre 1399)*....

(1) Dove era stato con Giusto di Fiorano « proponendo remedium sive statum inter dominos Canapicii » col duca di Milano. Cfr. GABOTTO, *Docc. di Storia Piemontese*, in *Miscellanea di Storia It.*, Vol. 3, Serie 3ª.

244. — MESSI AL DUCA GALEAZZO PER OTTENERE LA LIBERAZIONE DI PRIGIONIERI FATTI DA FACINO CANE.

(*Castell. di Santhià*, Vol. 3).

Zoc, nuncio trasmisso die III marcii dicti anni *(1399)* ad illustrem dominum Mediolani occaxione Facini Canis et gentis eius, et occaxione carceratorum quos habet dictus Facinus, ut idem Dominus faceret ipsos relaxare....

Uni nuncio nomine Zohc, trasmisso ubi tunc degebant illustris dominus Mediolani et dominus marchio Montisferrati et Facinus Canis predicti cum licteris ipsius domini Amedei, capitanei, que dirigebantur dictis dominis et Facino, occaxione carceratorum predictorum....

245. — Ambascierie di Rodolfo di Gruere al Visconti ed al marchese di Monferrato.

(*Conti dell'Hotel*, 28).

Amedeus, comes Sabaudie, dilecto fideli Petro Andreveti, thesaurario nostro generali Sabaudie, salutem. Dilectum fidelem consanguineum ac consiliarium nostrum dominum Rodulphum de Grueriis, dominum de Valgrenant, ad illustres fratrem et avunculum nostros carissimos dominum ducem Mediolani et marchionem Montisferrati pro nonnullis ambayssiatis et negociis nostris presencialiter destinamus, sub stipendiis expensarum suarum octo fl. p. p. per diem, dum ad premissa per et supra territorium nostrum et prefati avunculi nostri Marchionis vacabit; et octo florenorum ducatorum dum circa easdem ambayssiatas per et supra territorium dicti domini ducis Mediolani vacabit. Per literas Domini, datas Chamberiaci, die sexta mensis iulii anno Domini m ccc nonagesimo nono (1); ixcIIIIxxIIII fl. p. p.

Domino Francisco Marchiandi, consiliario Domini, pro expensis per ipsum cum eius familia et equis factis eundo a Chamberiaco Mediolanum cum domino Rodulpho de Grueriis, consanguineo et consiliario Domini, ad dominum ducem Mediolani, pro certis arduis Domini negociis ibidem peragendis....

(1) Il mandato di pagamento porta questa annotazione: « Nihil vel parum equitavit supra territorium domini ducis Mediolani ».

246. — Missione di Amedeo di Challant e di Giacomo di Sostion a Pavia.

Spectabilis miles dominus Amedeus de Challant, capitaneus Sancte Agathe, vigore litere Domini date Chamberiaci die xxi ianuarii anno Domini mcccc, eundo, stando et reddeundo, vacando in ambayssiata cum domino Iacobo Sostionis ad illustrem dominum ducem Mediolani....

Item pro expensis factis per Henreginum de Vallepergia, qui ivit a Papia pro ambaysiatore ad illustrem dominum marchionem Montisferrati, et deinde reversus fuit Papiam pro reportando predictam ambayssiatam, et vacavit a predicta die x februarii usque ad diem xxvii predicta mensis....

(*Tes. di Savoia*, Vol. 43).

Libravit domino Iohanni de Verneto, marescallo Sabaudie, misso cum domino Amedeo de Chalant, milite, eundo de Chamberiaco Papiam vel Mediolanum ad dominum ducem Mediolani pro quibusdam Domini negociis ibidem peragendis....

Libravit domino Anthonio de Chignino, militi, magistro hospicii Domini [pro eodem]....

Libravit domino Iacobo Sostionis, consiliario Domini, misso per Do-

minum cum dominis Iohanne de Verneto marescallo Sabaudie et Amedeo de Chalant, militibus, consiliariis Domini, Papiam, pro quibusdam Domini negociis peragendis....

## AGGIUNTE.

247. — Esploratori al campo del marchese di Monferrato e di Facino Cane (1387).

(*Castell. di Santhià*, Vol. 2).

A die tercia madii usque ad diem sextam mensis septembris, ad expensas nunciorum factas hinc inde per ipsum Girardum [capitaneum Sancte Agathe] in guerris marchionis Montisferrati, causa sciendi nova et facta dicti Marchionis et facta Facini Canis....

248. — Messo spedito al Re di Francia, latore delle notizie della guerra.

(*Conti Hotet*, Vol. 69).

Die xv septembris, Aniquino, palafrenerio Domini, misso Parisiis per Dominum ad portandum nova domino regi Francie de guerra Pedemoncii....

249. — Tumulti in Ciriè.

(*Castell. di Rivoli*, Rot. 75).

Pro expensis domini Abondi de Varades, iuris utriusque periti, Anthonii Girodi, notarii, et Francesquini Grossi, procuratoris Domini Vallis Secusie et Canapicii, comissariorum Domini in faciendo quosdam processus contra quamplures de Rippolis, de Iaveno et de Sancto Ambrosio pro quodam insultu, rumore et malefficiis factis in Ciriaco, finitis die quinta mensis octobris *(1390)*....

250. — Presidio di Vestignè (1391-1392).

(*Castell. di Santhià*, Vol. 2).

Peditibus infrascriptis, videlicet Petro Franchinis de Arduynis et [*sociis eius*], quos ad requestam Comunis et hominum Vestigniaci, subdictorum prefati Domini nostri, propter timorem Facini Canis predicti et gentis sue, qui cogitabatur capere cotidie dictum locum, misit ad dictum locum Vestigniaci pro deffensione dicti loci; et servierunt ibidem pro uno mense integro, incepto die xvi mensis decembris et finito die xvi mensis ianuarii anno mccclxxxxii....

251. — Guerra d'Azeglio (1392).

(*Castell. di Rivoli*, Rot. 78).

Item michi domino Iohanni de Montebello debentur pro me et dua-

bus aliis lanceis, videlicet Toleto Bertrando de Montebello et Heustacio Gili, pro uno mense quo servivi in dicta guerra Azelli....

(*Castell. di Santhià*, Vol. 2)

Nobilibus armigeris infrascriptis, videlicet Luchino de Bassignana filio quondam domini Iohannis, Angellini *(sic)* de Friburgo, Bartholomei de Fontan, Anthonii Ferrarii, et Petri Iohannis de Montebello et Georgii de Bonecia, qui sunt sex lancee, et gentium armorum, et quos idem Girardus [capitaneus Sancte Agathe] penes se habuit et tenuit vigore literarum illustrissime principisse domine nostre Comitisse, datarum Chamberiaci die vicesima nona decembris, et qui servierunt in guerra exorta per illos de Azelio et Facinum Canem cum gente sua, qui currerunt territorium prefati Domini nostri, ubi ceperunt et interfecerunt nonnullos ex subdictis prefati Domini nostri [*et ceperunt*] bestias in maxima quantitate in prima sua invasione, et steterunt ad stipendia prefati Domini nostri, videlicet pro tribus mensibus inceptis die quarta mensis ianuarii *(1392)*....

252. — Presidi di Ivrea e di Rivoli durante la guerra d'Azeglio.

(*Castell. di Rivoli*, Rot. 78).

Libravit clientibus per me ductis [a Rippolis] apud Yporrigiam ad servicium domini Comitis de mandato dicti domini Gubernatoris, qui sunt in numero xxv; item pro quatuor clientibus quos tenui per unum mensem integrum et ultra, et pro custodia castri Ripollarum....

253. — Il castello di Verrua occupato da Girardo d'Orly.

(*Castell. di Santhià*, Vol. 2).

Zoc de Sancta Agatha, nuncio, tramisso ad Dominam, quia non poterat habere castrum Verruce, quem tenebat Girardus de Orleto....

254. — Sepoltura ai resti di Pietro de Lompnes in Ivrea (1395).

(*Conti dell'Hotel di Bona di Borbone*, ad ann.).

De mandato Domine, Iohanni Peyssinet de Matiscone, misso a Matiscone Ciriacum ad Iohannem de Champrovein, castellanum Ciriaci, deinde Yporregiam ad Sibuetum Revoyrie, potestatem Yporrigie, cum literis Domine et domini nostri comitis Sabaudie pro sepelliri faciendo cadaver Petri de Lompnes iniuste et iniqui occisi....

255. — Discordia fra i comuni di Magnano e di Zimone (1397).

(*Castell. di Santhià*, Vol. 3).

Pro diebus ii, iii et quarta mensis maii dicti anni, quibus vacavit dictus dominus Amedeus [de Challant] in Magniano pro discordia vertente inter comune Magniani et comune Zimonis, cum decem equis....

256. — Vertenze fra i signori del Canavese.

(*Castell. di Santhià*, Vol. 3).

Anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo octavo, die xxviii

mensis may, Zoc, nuncio, qui apportavit literas in Ciriaco Iohanni de Champroven, locumtenenti, pro facto illorum de Canapicio....

Eo die, cuidam nomine Michael Cori, nuncio, tramisso Bugellam ad Sybuetum Ravoyrie, potestatem Bugelle, occaxione guerre Canapicii....

Die XIIII iullii, uni nuncio nomine Nicholai de Culcineis, tramisso Clavasium ad ambassiatores illustris domini marchionis Montisferrati, occaxione quorumdam hominum de Ripparolio, in Vulpiano per homines dicti loci reductorum una vice, occaxione dicte guerre....

Eadem die dicti anni, uni nuncio nomine ut supra, transmisso Ripparolium cum licteris responsionis dicti Marchionis....

Cuidam nuncio nomine Lanczimano, qui duodecies a die quarta iunii usque ad Kalendas septembris fuit Maczadium, occaxione dicte guerre.

Die XII septembris, cuidam nuncio nomine Rubeo, qui eques guidavit dominum Erardum de Furno, baillivum comitatus Burgondie, Pomarium, ubi illustris dominus marchio Montisferrati residebat....

Die XXII decembris, cuidam nuncio nomine Petri Mogie, transmisso cum literis ad dominos de Maczadio et Sancto Georgio, occaxione robarie commisse per gentes suas illis de Verruca....

Uni nuncio nomine Lanczimano, die XV ianuarii *(1399)* trasmisso ad dominos de Maczadio cum literis domini Anthonii de Chignino et ipsius domini Amedei [de Chalant], occaxione status ipsorum....

257. — Missione di Bonifacio di Challant per la pacificazione della guerra sorta tra il vescovo d'Ivrea e gli uomini di Chiverano (1399).

(*Tes. gen. di Savoia*).

Expense facte per dominum Boniffacium de Chaland, marescallum Sabaudie, eundo, de mandato Domini ad partes Pedemoncium...,Yporrigiam et Claveyranum pro guerra que erat inter episcopum Yporrigie et illos de Claveyrano....

258. — Facino Cane a Rivarolo (1399).

(*Castell. di Santhià*, Vol. 3).

Petro Nugie, nuncio, die prima marcii tramisso de nocte Ripparolium et ad partes illas, nuntiando sicut Facinus Canis seu gens sua debebat venire, sive currere partes illas....

259. — Facino Cane in Cartosio.

(*Castell. di Santhià*, Vol. 3).

Die quarta februarii, cuidam nuncio nomine Petri Nogie, tramisso ad illustrem dominum marchionem Montisferrati et ad Facinum Canem in Carthoex occaxione novem hominum de Burgo Alicis [*et*] Ciglani, captorum die XXVII ianuarii in finibus Burgi Alicis et Ciglani per gentem dicti Facini Canis, et reductorum in loco Bestagni....

260. — Presidio a Villarboit (1400).

(*Castell. di Santhià*, Vol. 3).

Iacobino de Magni, conestabili, qui cum decem eius sociis cum armis servivit pro custodia castri Vallisboti, postquam Facinus Canis ipsum castrum dimiserat, per unum mensem inceptum die xiii inclusa mensis Marcii, sub stipendiis quinque ducatorum pro quolibet ipsorum per mensem (1)....

(1) Su altri documenti e notizie riguardanti questo importante periodo di storia piemontese cfr. Gabotto, *Gli ultimi Principi d'Acaia e la politica subalpina dal 1383 al 1407*, Torino-Pinerolo, 1898, e *Documenti di Storia Subalpina*, in *Miscellanea di Storia Italiana*, vol. xxxiii (Serie III, vol. iii), nonchè Saraceno, *Regesto dei principi di Acaia*, *ibidem*, vol. xx (Serie II, vol. x).

Fine.

8/77

STANISLAO CORDERO DI PAMPARATO

# IL TUCHINAGGIO

E

# LE IMPRESE DI FACINO CANE

## NEL CANAVESE

(1386-1400)

Estratto dal volume IV
della *Biblioteca della Società Storica Subalpina*

PINEROLO

TIPOGRAFIA CHIANTORE-MASCARELLI

1900

8/77

STANISLAO CORDERO DI PAMPARATO

# IL TUCHINAGGIO

E

# LE IMPRESE DI FACINO CANE

## NEL CANAVESE

(1386-1400)

Estratto dal volume IV
della *Biblioteca della Società Storica Subalpina*

PINEROLO

TIPOGRAFIA CHIANTORE-MASCARELLI

1900